Spada G. B.

[illegible]

sulla scheda manca tipogr.



Succisiuas horas

CENTONES

ex Virgilio

F. Io. Baptistę Spadij a Florentiola Lectoris Theologi Ord. Prædicatorum.

PLACENTIÆ

apud heredes Io. Baz.

MDCXIV.

Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſsimo D.D.

BONIFACIO
S. R. E. CARDINALI
CAIETANO,

Epiſcopo Caſſanenſi, &c.

F. Io. Baptiſta Spadius. S. P. D.

SI in muneribus propenſiſſimæ in quempiam voluntatis, & obſeruantiæ cauſa offerendis, eorum quibus offeruntur ſpectanda ſemper eſſet dignitas, & amplitudo, profectò magni, ac Principes viri aut nunquã, aut raró pro meritis donarentur. Quoniam veró, Cardinalis ampliſsime, in toto hoc genere animi potius quã rei haberi ſolet, ac debet ratio; hinc ſæpiſsimè ſit, vt à ſummis viris humiliorum hominum munuſcula minimè deſpiciantur. Animi tui magnitu-

do,ingentia merita, præcipuæ dotes, generis nobilitas,in primis autem ſingularis ea,quæ potiſsimum ad te colendum, ac ſuſpiciẽdum me rapuit, eruditio tua, ſummaque maximarum rerum cognitio, virorum ingenio, & doctrina præſtãtium fetus ſuo iure exigebant. Ego tamen non quantum ipſe iuſtiſsimè queas expoſcere, ſed quantum mihi pro viribus præſtare liceat,addictæ mẽtis ſignificandæ gratia perexiguum munus,nimirum D. Raimũdi Vitam ſuperioribus annis à me editam, nunc verò multis locis auctam, accuratius recognitam,& in duos libros diſtributam,cui Præſul,illud reſpicere,ac perpendere ne graueris; ſpero enim fore, vt abs te haud reijciatur, mihi verò ad gratiam tuam optatiſsimam aditum, & quaſi fores aperiat. Te Deus opt. max. incolumem diu præſtet,& ad altiſsimum dignitatis,ſanctitatis,& imperij faſtigium aliquando euehat;id quod non modo vehemẽter propter virtutes tuas optamus, ſed etiam,modò tantis initijs pares exitus reſpondeant, conſtantiſsimè ſperamus. Vale.

Placentiæ, Cal. Aprilis. MDCXIV.

Ad eundem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalem.

ANAGRAMMA AVCTORIS.

Bonifacius S. R. E. Cardinalis Caietanus, etc.
Ecce, Latini, Caſſani radius factus in orbe.

CLara Ducum ſoboles, magnorum ab origine auorum;
Gentis honos, nomen cui dat Caieta verendum;
Cardinei lux alma Chori, decus Vrbis, & Orbis;
Si tibi Raimundi facta inclyta carmine mitto,
Quid mirum? tibi conueniunt hæc munera ſoli:
Eſt radius Mundi Raimundus; clarus in Orbe
Tu radius, nomenque tuum (ſint cætera miſſa)
Id ſonat arte duce, ac titulus tuus: Ecce, Latini,
Caſſani *Præſul* radius *iam* factus in Orbe.
Ergo opus hoc, ò magne, tuis effulgeat, Heros,
Quidquid id eſt, radijs; meritis pro talibus ipſe
Aeternum, ſummumque Deum in tua vota precabor.

EIVSDEM ANAGRAMMATA.

Ad D. Raimundum.

Raimundus.
Vnda mirus. Vir mundas. Riuum dans.
Rudi manus. Dura minus. Iram nudus.
Diram vnus. Mundus ira. Dirus manu.
Num radius? Num vir das? Num aduris?

Quæ

QVæ nomen, Raimunde, tuum facta inclyta prodit!
Vnda tu mirus dum sulcas æquora veste:
Vir mundas hominum mentes, & corda malorum:
Doctrinæ riuum dans terras alluis omnes:
Ipse rudi das mente manus, quibus æthera scandat:
Te duce dura minus perstat gens robore creta:
Iram sæpe Dei nudus tu verbere flectis:
Diram vnus mortem, & mortis dira arma refringis:
Deposita Mundus per te ira in pace quiescit,
Dirus & ille manu miseris succurrere discit:
Num radius? radius, cæcis quia lumina reddis:
Num vir das cælum? cælum est tibi cælica clauis:
Aeterno nostri num frigida cordis aduris
Igne? Dei; Deus ipse tibi nam lapsus Olympo.

De Diuo Raimundo.

Ad Diuum Petrum Apostolum.

Hieronymi Spadij Placentini.

PEtre, quid æquoreas dubio pede proteris vndas?
Terret an imbriferi te leuis aura Noti?
Christus adest Austri domitor, dominator aquarum,
Et tu Austrum, aut rapidas, Petre, pauescis aquas?
Heu male freta Deo te mens freta cæca prementem
Penè haustum, tumida penè necauit aqua.
Raimundum en, siccis volet alta per æquora plantis
Quàm meliore animo! quàm meliore fide!
Solus abit medio iste mari sine naue, sine vllo
Remige; non fluctus, flamina nulla timet.
Hunc si imitatus eras, Sanctus qua nititur Orbis,
Visa foret liquidis Petra natasse vadis.
Hunc si imitatus eras; vter excellentior esset,
Ambigeret tellus, ambigeret pelagus.

Quamuis

Quamuis interea haud dubitent, quin tu, optime Pastor,
Gloria sis terræ; sit Raimundus aquæ.

Eiusdem de fratris Virgiliocentonibus.

INgeniose sine ingenio, si, Naso, poëtas
Nunc fateare sacros, nunc fateare licet.
Hæc Maro, dum Diuos laudat, Gregem, Humum, Arma relinquit,
Exemplo incipiet dicta probare suo.
Pro Phryge, Rure, Ouibus, Raimundum hic disce; profanum
Quod fuit ante, bonus nunc Maro sacrat opus.

Eiusdem.

POllio, Mæcenas, Auguste, requirite, posthac
Qui vobis Pecudes, Rura, vel Arma canat.
Dictæ olim magno Pecudes, Rura, Arma Maroni,
Raimundum en plectro dexteriore sonant.
Cælicolas decuit celebrari carmine tanto;
Non Manes, Erebi quos grauis ardor agit.

Eiusdem.

VIrgilius Reges, Pecudes, & Rura canebat;
Rura, Pecus, Reges te, Raimunde, canunt.
Dant laudem hæc, laudum vt dederant tibi semina quondam
Rus baculo, Pecudes vellere, Rex scelere.

D. Raimundus in littore. Eiusdem.

COnde trabes, Palinure, tuas; da lintea flammis,
Tiphy, nihil vestram nanque moramur opem.
Vela velim, rapidis quæ non feriantur ab Euris;
Infracta à rigidis ligna velim scopulis.
Christe, adsis, aderunt sic ligna, & carbasa; voti
Sic ego compos ero, sic ego tutus ero.

DE

DE D. RAIMVNDO.

Adilon.

PEccantem statuens Raimundus linquere Regem,
Aequore subtractas vt videt esse rates;
Quid naues, Rex, tollis, ait, si claudere ponti
Stagna nequis? hæc mi pro rate vestis erit.
Nec mora; substrato super æquora fertur amictu;
I nunc, & cymbam, perdita turba, nega.

I.M. Placentini.

PRæcinit ignarus Raimundi Andinus honores,
Dum studio Heroas, Pascua, Rura canit.
Altius at, Spadi, tu haud inscius omnia; tantum
Cælicolam, Heroas, Rus, Pecus inde canis.
Ille medullæ expers hylen, formemque parauit;
Explesti scitus tu vndique: maior vter?

De Auctore. H. M. Anagramma.

Ioannes Baptista Spadius.
En Pius ista bonis adaptas.

QVæ cecinit Vates, gracili modulatus auena,
Et calamo agresti, semideumque tuba;
En Pius ista bonis *dissecto carmine* adaptas,
Vt Maro tu nunc sis, Spadius ille fuit.

Ad D. Raimundum. Anagramma.

Laurentij Ferrarij Placentini.

Sanctus Raimundus.
Sidus carum nautis.

TYndaridæ valeant, spectataque sidera Graijs,
Aut Tyrias rexit, qua Cynosura rates.
En quiuis spectans te, te Raimunde, sequatur,

Carbasa

DE DIVI
RAIMVNDI
A PEGNAFORT
ORD. PRAED.
Generalis III. Vitæ.

LIBRI DVO.

Ad Illustriß. & Reuerendiß. D. D.

BONIFACIVM
S.R.E. CARDINALEM
Caietanum,

Episcopum Caſſanenſem, &c.

Carbasa cæruleis passa daturus aquis.
Certior haud vllus te Dux domat æquoris vndas,
Dum pede te sicco traijcis arte noua.
Nanque tuam sternis chlamydem (mirabile dictu)
Tutus & æquoreas hac potes ire vias.
O meritò carum nautis, *& amabile* sidus!
Auspice te fuerint nulla pericla maris.

De operis auctore. Aliud eiusdem.

Ioannes Baptista Spadius Lector.
Ipse an sudasti plectro ista bona?

D*Vm proprio haud proprio Raimundum carmine tollis,*
Prò quas Cecropio pectore fundis opes!
Quæ lego! quæ manibus, Spadi doctissime, verso!
Vis tibi mellifllui quanta leporis inest!
Ipse an sudasti plectro *compacta Maronis*
Ista bona? *an cælo nobile fluxit opus?*

De operis Auctore.

Matthæi Bartolini Placentini.

D*Octa per ora virum resonare Placentia cernens*
Carmina quæ pangit Spadius arte sua;
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Ios, Argos, Athenæ,
Inquit, tuque etiam Mantua cede mihi.
Meonidem ipsa meo foueo, qui carmine diuos
Ad superas effert nobiliore plagas.

Aliud. Eiusdem.

E*Ridani vt cantus Spadi mirantur olores*
Edidit hoc vnus gutture dulce melos.

 Minci,

Minci, iam vela tristi tua tempora amictu,
Atque tuis fletus fluctibus adde tuos.
Cycnus nanque tuus, quo non praestantior alter,
Iam te posthabito personat antra Padi.

De eodem.

Io. Leonis Arnaldi Braidensis.

Q*Vam tibi Baptistæ, Spadi, nomenque Ioannis*
Conuenit: ipse solo gratus es, ipse polo:
Præterea Andini versus (mirabile) vatis
Illustras, sacros efficis, atque pios.
Sis felix: quicunque tuos celebrabit honores,
Alter Virgilius, Spadius alter erit.

De eodem. Anagramma.

Gulielmi Legij Placentini.

Pater Iohannes Baptista Spadius à Florentiola
Sacrae Theologiae Lector, Ordinis Praedicatorum.

Palladis artis
Hactenus Andini cithara cecinere poetae:
Sola pio ast detur postremo gloria fabro.

M*Agnanimum Heroum laudes, & facta parentum*
Lælius, Ausonius, Proba, Iulus, Spadius, omnes
Certatim experti diuinæ Palladis artis
Hactenus Andini cithara cecinere poetae:
Sola pio ast detur postremo gloria fabro,
Vnus enim is cecinit plura, & felicius illis
Omnibus, etsi illis sua plectra dedisset Apollo.

Aliud

Aliud. Eiusdem.

Pater Iohãnes Baptista Spadius Lector Ordinis Praedicatorum, & Sãctae Inquisitionis Vicarius.

Oci
Huic data perpetuo clarissima serta poetę
Sint, quibus Andini, dijs cari, tẽpora vatis
Ornastis.

CVm te Pierides, Spadi, videre poëtam,
Præq; alijs docti plectrum tetigisse Maronis,
Protinus hac magnum affatæ sunt voce parentem:
Hactenus ijs, laudes qui & fortia facta virorum
Carmine magnanimum Andino cecinere, corollis
Tempora, Phœbe pater, meritis redimiuimus: at quæ
Digna caput Spadi præcingent serta decorum?
Ille autem: studijs florenti nobilis oci
Huic data perpetuo clarissima serta poetę
Sint, quibus Andini, dijs cari, tẽpora vatis
Ornastis. *Pauca hæc postquam formosus Apollo,*
Lætitia magni tibi tradita serta Maronis.
O Spadi felix, tanta dignate corona!
Felix, nanque tuum viuet per secula nomen.

De eodem.

Iacobi Pancini Placentini.

ARma virum cecinit; gracili modulatus auena
Agricolas docuit carmine Virgilius.
Alter nunc secto componit carmine carmen;
Pulcrius è pulcro carmine carmen habet.
Sacra, virosque canit, diuos & laudibus effert
Spadius, atque nouum dat tibi Virgilium.

Eiusdem Anagramma.

Frater Ioannes Baptista Spadius Dominicanus.
Canis Domini pastas subdit oues, non fert rapi.

CEntones faciat, ne dicas, Zoile, frater
Spadius; hos tentet scribere, nil aliud:
Falleris: hic Domini canis *est, hic vellera* non fert
Clausa rapi, pastas *hic grege* subdit oues.
Falleris: hic cultor diuini semina verbi
Ne super inuadat, latrat, iniquus homo.

Ad D. Raimundum.

Marci Antonij Virtuani Placentini.

QVo legere ipse suas sueuit Maro, Diue, corollas
Spadius ex illo fert, Raimunde, iugo.
Has capiti dat habere tuo: tua dextra perennes
Mox illi, æthereo cingat honore comas.
Illius æternùm in terris sic munere viues:
Aeternùm in superis viuet & ipse tuo.

De Auctore. Eiusdem.

DEductum tenui dixit Maro carmen auena,
Dum pingui saturas gramine pauit Oues.
Altius insurgens cecinit mox Rura: subinde
Intonuit tumida Martia bella tuba.
At nouus inde triplex genus hoc, sacro abstulit ausu:
Inque vnum, & maius transtulit Auctor opus.
Quippe modus, docto veniens licet ore, canendi
Raimundi in laudes non satis vnus erat.

Eiusdem.

R*Vra, Viros, Pecudes cecinit Maro; Spadius arte*
Miscuit eximia Rura, Viros, Pecudes.
Hinc eduxit opus, Pecudes cui, Rura, Viriq;
Cedant; Raimundi dum canit acta sui.
Tanti Operis nomen, magni iam Solis vtrasque
Penna adijt, nusquam deficiente, domos.
Audijt ipse etiam, Elysia Maro doctus in vmbra
Plectra mouens, Superis dum noua metra canit.
Atque ait; ex illis chaos hoc modo talia reddat;
Aeternum fiant carmina nostra chaos.

Eiusdem.

Q*Vam bene Rura Maro cecinit, Siluasq;, Virosq;*
Tam bene Raimundi Spadius acta canit.
Quis neget hoc? ipso cum Spadius ore Maronis
Illa canat, potius vel canat illa Maro?
Ex illo hoc igitur deductum carmen obibit,
Virgilij æternum cum morietur opus.

Eiusdem.

S*Padius aut Genium (produnt ceu carmina) vel si*
Non Genium; ingenium quippe Maronis habet.

De operis Auctore.

F. Petri à Florentiola Lectoris Theologi, Ord. Præd.

A*NDINI vatis si nostris secla coissent,*
Baptismi is forsan commaduisset aquis.
Non vatem potuit sacra quis tingere limpha;
Ad superos versus sed potuere trahi.

Baptista

Baptista id peragit, carmen (baptismatis vnda
Virgilium nequiens) ad pia vota vocat.

Petri Ferrarij ad Auctorem.

SI nunc Virgilius superas remearet ad auras,
Versibus & legeret carmina facta suis,
Sic tamen, vt verbis longè grauiora subessent;
Diceret admirans: Hocce quid esse potest?
Hæc mea verba, mei hi versus, sententia maior
Sed tamen his verbis, carminibusq; subest.
His ego nanque hominum laudes, & facta canebam,
Hic Diuum laudes, miraque facta canit.
Quantum diuinis cedunt humana, Poetæ
Huic tantum cedit nostra Thalia nouo.
Quicunque est Auctor, quicunque hæc carmina iunxit,
Hic inter vates iam loca prima tenet.
Tale foret summi Vatis, si viuus adesset,
De te iudicium, veraq; dicta forent.
Iudicio hoc vno contentus cetera mitte,
Hoc tibi perpetui nominis instar erit.

Antonij Mariæ Speltæ Ticinensis poetæ regij.

Ad Auctorem.

QVis neget hoc mirum? mira iam barbiton olim
Virgilio positam Spadius arte mouet.
Dum canit ad numeros non vltima gloria vatum
Effigiat docto te, Raimunde, modo.
Abdita quæ fuerant doctrinæ claustra refregit,
In gremiumq; ipsi transtulit Hellas opes.
Italicas lepido recolis qui carmine Musas,
Italiæ, Spadi, gloria, fama, decus,
Dum tam dulcè modos fundis, tua barbita Phœbus

Fertur,

Fertur, vt audiret deposuisse lyram.
Sub Duce viue merens tanto, quo clarius Orbe
Nil sonat in toto, viue perennis honos.

Io. Dominici Lappij Bonon.

ARdet in Empyreis Raimundus sedibus; ardet
Aeternum Stygio sub Phlegethonte Maro.
Hic tamen is canitur, canit hic; extrema Ioannes
Baptista hæc vnus nectere tanta potis.
Iam, Raimunde, faue tam grandi dicte Camœna,
Qua melior toto non datur vlla solo.
Plaude, Maro, intensus, si posset, mitiùs ardor
Vreret, & medijs vix paterere focis.
Baptistam ò magnum, Superos qui versibus ornat;
Edere quique imos cogit ab igne modos.

CAR-

CARMEN AVCTORIS.

De D. Raimundo

A CLEMENTE VIII. PONT. MAX.
inter Diuos relato.

R	Ex ſuperum , ſummus	R erum moderator,&aucto	R
A	ſtr ⋗ ſuper tulerat R	A imundum,cui pi ⋖ vit	A
I	am fuit ⊣ n terris ; I	I ceat mih ⊣ uera fater	I
M	undū hic,æternā ≷ orte	M im ≷ anem que tyrannu	M
V	nde ruina animis ,	V icit vi , & numine Ieſ	V
N	unc iſtum Cleme Z s , i	N ter Z oua ſidera Tita	N
D	iuorum a ⌂ ſcribit cœtu	D e more, ſe ∪ iſtu	D
V	otis ⋗ t pia ſeſe h	V ic gēs cōmendet, ⋖ taſt	V
S	erpentis domito, ſupera	S ſe flectat ad arce	S
S	i torquet vultus ſor	S in te læua ſiniſtro	S
V	itam ⋗ iue hilarem, Raim	V ndus te vbere fr ⋖ &	V
D	e cælo paſcet. ⌂ abit hic	D ona alta, ∪ ecus,quo	D
N	ō imber, non Vulca Z us,	N o Z tollere dæmo	N
V	i valeat , quæ dī	V ino ſtant gaudia nut	V
M	unificū, magnu ≷ q; Deu	M ſu ≷ mumq; tonante	M
I	pſe tibi v ⊣ diſſe dab	I t, radiant ⊣ a olymp	I
A	tri ⋗, ſtellanti cui d	A t dominarier ⋖ ul	A
R	Ex ſuperum , ſummus	R erum moderator,&aucto	R

DE DIVI RAIMVNDI A PEGNAFORT Ord. Præd. Generalis III. VITA.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

RAIMVNDVS in Hiſpania ex honeſtiſsima familia de Pegnafort natus, liberalibus diſciplinis optimè inſtructus, Bononiam Italiæ Vrbem, ſtudiorum nomine toto orbe celeberrimam, ſe confert. Ibi humanarum legum, ſacrorumque in primis Canonum ſtudijs operam nauat; doctoratuſq; Laurea decoratus, ſpōte primùm nulla præmij ſpe permotus, deinde Bononienſium ciuium rogatu, publico propoſito ſtipendio, in ea Vrbe, magna cum laude, incredibilique auditorum progreſſu docendi munus exercet. Inde in Hiſpaniam ad patrios lares cum Barcinonæ Epiſcopo reuertitur; monaſticæque vitæ, vt quæ ad cæleſtem proximè accedat, amore incenſus,

quintum à quadrageſimo annum agēs, Dominicanam religionem, quæ in ea regione tum primùm dc ctrina, & exemplo florebat, in die paraſceues ingreditur. Permultos tam præclari facti imitatores habet. Eum humilitate, rerum peritia, vitæ ſanctitate clariſſimum Cardinalis Sabinus Summi Pontificis nomine in Hiſpania pro bello contra Saracenos ſuſcipiendo legatus, in conſilijs auctorem, in negotijs adiutorem, in itinere comitem ſibi adiungit. Rebus in illa prouincia bene geſtis, Gregorius hoc nomine IX. Pontifex Max. de tanti Viri integritate, & prudentia edoctus, eundem Romam accerſit; domeſticæ Aræ miniſtrum, ſummum ſacræ Pœnitētiæ Præfectum tum ſibi præcipuè, tum alijs deſignat. Quo in munere cum ſanctus Vir quinquennium laboraſſet; Gregorij hortatu veterum Pontificum decreta antea nullo ordine digeſta reſtituit, & in vnum quaſi corpus redigit. Opuſculum quoque, quam Caſuum conſcientiæ ſummulam recentiores vocant, in eo genere primus conſcribit. Tarraconenſem Archiepiſcopatum ſibi à Pontifice oblatum recuſat, ab eoque reditum in patriam obtinet. In portu Tuſſio, Adoleſcenti cuidam animam agenti, vel potius conclamamato, ſenſus integros, loquendi facultatem, atque tantulum temporis ſpatium, dum peccata confiteri poſſit, à Diuina Maieſtate multis precibus impetrat.

LIBER

LIBER PRIMVS.

Ec. 1. NON ego tot quondam populis, terrisq; superbum — Ae. 2.
Ae. 2. Regnatorem Asiæ; iactatosue æquore toto — Ae. 1.
Ae. 11. Teucros, relliquias Danaum, atque immitis Achilli, — Ae. 1.
Ec. 4. Non Danaum proceres, Agamemnoniasue phalanges; — Ae. 6.
Ae. 10. Nec Turnum iuuenem duro sub Marte cadentem; — Ae. 12.
Ae. 11. Tyrrhenosue duces, Poenos, Gallumue rebellem; — Ae. 6.
Ge. 1. Romanas acies, totamue sub arma coactam — Ae. 7.
Ae. 3. Italiam, Italiæ populos, aut prælia dicam; — Ge. 4.
Ae. 7. Maius opus, maior rerum mihi nascitur ordo; — Ae. 7.
Ae. 6. Magnanimum HEROEM, Phœbeæ lampadis instar, — Ae. 3.
Ae. 11. Cui genus à proauis ingens, de sanguine gentis — Ae. 5.
Ae. 1. Regalis si prima domus repetatur origo, — Ae. 7.
Ge. 1. Nunc canere incipiam cithara, fidibusque canoris — Ae. 6.
Ae. 10. Fatidicæ Mantus: non omnia possumus omnes. — Ec. 8.
Ae. 7. Illorum hic de gente Patrum, quos maxima rerum — Ae. 7.
Ae. 7. Roma colit; templumque apparet in arce Mineruæ. — Ae. 3.
Ae. 6. Hic vir, hic est, Radijs totum qui ingentibus orbem — Ec. 3.
Ae. 6. Lustrauit; studio tot iam labentibus annis — Ae. 2.
Ae. 5. Pandere qui quondam iussus Decreta Parentum — Ae. 2.
Ae. 11. Ordine cuncta suo: & Capitolia celsa tenebat; — Ae. 8.
Ae. 3. Cum super ipse sua molitus laude laborem, — Ae. 4.
Ec. 5. Hæc eadem veterum voluens monumenta virorum — Ae. 3.
Ae. 11. Rettulit in melius. Summi Regnator Olympi, — Ae. 7.
Ae. 1. Qui terras, tractusque maris, cælumq; profundum — Ec. 4.
Ae. 1. Aeternis regis imperijs, tu maxime Rector, — Ae. 8.
Ge. 1. Adsis, ò hominum, diuumq; æterna potestas; — Ae. 10.
Ge. 3. Te sine nil altum mens inchoat; annue cœptis. — Ge. 1.
Ge. 2. Tuq; ades haud vlli veterum virtute secundus, — Ae. 11.
Ae. 10. O Pater, incœptumq; vnà decurre laborem: — Ge. 2.

D. Raimundũ.

Virgilij Mantuani.

Dñicanorum Côuentus Romæ vocatur S.Mariæ super Mineruam.

Decretalia Gregorij IX. iussu restituit Raimundus.

Ae. 7. *Tu vatem, tu, Diue, mone; te carmine dicam.* Ge. 2.
Ae. 1. *Vrbs antiqua mari colitur gratissima tellus* Ae. 3.
Ae. 4. *Barcino, diues opum, studijsq; asperrima belli,* Ae. 1.
Ae. 4. *Pœnorumq; locus, primi qui in littore sedes* Ae. 7.
Ae. 6. *Ingentes struxere; potens Romana propago* Ae 12.
Ae. 7. *His super aduenìens multos dominata per annos :* Ae. 2.
Ae. 1. *Post alij proceres. tandem tellure potitus* Ae. 3.
Ae. 7. *Rex genus egregium ferrugine clarus Ibera,* Ae. 9.

Raimundus Aragonũ Rex.

Ae. 9. *Cui re nomen erat magnum, & memo* RAbIle *nomen* Ae. 4.
Ge. 1. MVNDVS, *dextra, animusq; ferox, patiensq; pericli,* Ae. 10.
Ae. 1. *Eoas qui acies, non inferiora secutus* Ae. 6.
Ae. 1. *Fortia facta patrum, victor dare terga coëgit.* Ge. 4.
Ae. 2. *Primus ibi ante omnes longaui Regis ad aures* Ae. 7.

Felix de Pẽna forti pater D. Raimundi.

Ge. 2. F E L i X, *qui Regi consanguinitate propinquus* Ae. 2.
Ae. 10. *De* PENNA *ore ferens se,* FORTI *pectore, & armis,* Ae. 4.
Ae. 8. *Stabat, consilijs habitus non futilis auctor.* Ae. 11.
Ae. 1. *Huic coniux insignis erat; viridique iuuenta* Ae. 5.
Ae. 12. *Filia, quæ forma pulcherrima Deiopeia.* Ae. 1.
Ae. 5. *Vnus erat tantum insignis præstantibus armis* Ae. 11.
Ae. 7. *Filius huic iuxta, quem non virtutis egentem* Ae. 11.
Ae. 6. *Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.* Ae. 11.
Ae. 12. *Hoc mentem genitrix nati concussa dolore* Ae. 12.
Ae. 4. *Dicitur ante aras, media inter numina Matrem* Ae. 9.
Ae. 9. *Multa Dei manibus supplex orasse supinis.* Ae. 4.

Natiuitas Raimundi.

Ae. 2. *Tempus erat, gelidus canis cum montibus humor* Ge. 1.
Ae. 9. *Liquitur, auratis aperit cum cornibus annum* Ge. 1.
Ge. 1. *Taurus; & hibernis parcebant flatibus Euri :* Ge. 2.
Ae. 3. *Iamque rubescebat roseis Aurora quadrigis,* Ae. 6.
Ge. 1. *Tithoni croceum linquens, notumq; cubile:* Ae. 4.

Matri Raim.

Ae. 3. *Cum subitò matri subitus tremor occupat artus;* Ae. 7.
Ge. 1. *Incipiunt duri, magno sed amore, dolores* Ae. 5.
Ae. 1. *Explorare cauas vteri, & tentare latebras.* Ae. 2.
Ae. 4. *Incubuitq; thoro, fletu simul ora rigabat* Ae. 6.

Parturiens Mater Raim. se B. Virgini commendat.

Ge. 3. *Multa gemens, lacrymis oculos suffusa nitentes* Ae. 1.
Ae. 1. *Tum sic Reginam alloquitur cæliq;, marisque:* Ae. 5.

O felix

Ae. 3. O felix vna ante alias, MARIA, omnia cælo Ae. 5.
Ae.11. Tradit namque tibi diuum pater, atque hominum rex, Ae. 1.
Ae. 6. Huc geminas nunc flecte acies, succurre labori, Ae. 9.
Ge. 4. Haudquaquam primos Lucinæ experta labores: Ge. 4.
Ae. 6. Alma, precor, miserere; potes namque omnia Virgo; Ae. 2.
Ae. 6. O Virgo, solare inopem; succurre relictæ; Ae. 9.
Ae.10. Talibus orabat. Pauidæ longo ordine matres Ae. 2.
Ae. 2. Stant circum; Puerique vocat labor vltimus omnes. Ae.11. Hora pariēdi.
Ae.11. Hos inter motus cælo descendit ab alto Ae. 8.
Ae.10. Alma Parens, confessa Deam, lectissima matrum Ae. 9. Parturienti mulieri accurrit B. Virgo.
Ae. 2. Cælicolis & quanta solet, qualisque videri, Ae. 2.
Ae.10. Qualis gemma micat, claraque in luce refulsit. Ae. 1.
Ae. 6. Tunc sic orsa loqui, & curas his demere dictis: Ae. 2.
Ae. 3. Ne dubita; pulcra faciam te prole parentem; Ae. 1.
Ae. 6. Egregium Iuuenem, famam qui terminet astris, Ae. 1.
Ae. 6. Aspicies secura, vocabitur hic quoque votis. Ae. 1. Sanctorum catalogo adscribetur.
Ae. 1. Dixit, & in tenuem ex oculis euanuit auram. Ae. 4.
Ae. 6. Continuò auditæ voces, vagitus, & ecce Ae. 3.
Ae.10. Progenies magnum cæli ventura sub axem Ae. 6.
Ae. 10. Nascitur, & læuo contristat lumine Auernum. Ae. 6.
Ae. 5. Hic oculis subitò obijcitur mirabile monstrum. Ge. 4.
Ae. 2. Ecce leuis summo visus de vertice nati Ae. 5.
Ae. 2. Fundere lumen apex, tactuque innoxia circum Ae. 1.
Ae. 2. Lambere flamma comas, visu mirabile, ferri Ae. 8.
Ae.12. Et nunc huc, inde huc. cuncti simul ore fremebant, Ae. 1.
Ae. 5. Atque fore illustrem fama, factisque canebant, Ae. 7.
Ae. 3. Quem Pater ipse suo superum iam signat honore. Ae. 6.
Ae. 1. Est in secessu longo de marmore templum, Ae. 4.
Ae. 7. Tectum augustum, ingens, æquataq; machina cælo, Ae. 4. Baptismus Raimund.
Ae. 1. Aerea cui gradibus surgebant limina: sacræ Ge. 1.
Ae. 6. Panduntur portæ, intus & atria longa patescunt. Ae. 2.
Ae. 2. Vestibulum ante ipsum, puraque in veste Sacerdos, Ae.12.
Ae.10. Infula cui sacra redimibat tempora vitta, Ae. 4.
Ge. 1. Apparet: magna matrum Regina caterua Ae.11.
Ae. 9. Purpuream picto chlamydem circundata limbo Ae. 4.

Lustrali aqua, salutis fonte.

Ae. 2. *Natum ante ora patris fluuio mersare salubri* Ge. 1.
Ae. 5. *Accelerat, cunctos vocat alta in templa sacerdos,* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Terque quaterque manu pura circumtulit vnda* *Ae.* 6.

Episcopi vaticinium de Raim.

Ae. 6. *Spargens rore leui; fuditque has ore loquelas:* *Ae.* 5.
Ae. 3. *Audite ò Proceres, ait, & crinitus Apollo* *Ae.* 9.
Ec. 4. *Alter erit, mox cum matura adoleuerit ætas,* *Ae.* 12.
Ae. 5. *Hic Puer, ac toto surget gens aurea mundo,* Ec. 4.
Ge. 1. *Lucidus orbis erit, fugient vasto æthere nimbi.* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Tum pietate grauem, ac meritis à sedibus imis* *Ae.* 1.

In Apotheosin referetur.

Ae. 10. *Sideream in sedem Diuum Pater, atque hominum Rex* *Ae.* 2.
Ae. 1. *Transferet. Has senior referebat pectore voces.* *Ae.* 5.

Baptizatur Raim.

Ae. 12. *Hæc vbi dicta dedit, perfudit flumine sacro* Ge. 2.
Ae. 11. *Infantem, & liquidum ambrosiæ diffudit odorem.* Ge. 4.
Ae. 6. *His demum exactis perfectè, limina portæ,* *Ae.* 2.
Ae. 2. *Quà gressum extulerant, repetunt, fluuiumq; relinquūt.* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Romanos rerum dominos, sanctumque Senatum* *Ae.* 1.
Ae. 10. *Purpureum, multum terris iactatus, & alto* *Ae.* 1.

Alexander III. Pontif.

Ae. 10. *Ipse caput populis Tusco de sanguine Alexis* Ec. 2.
Ae. 5. *Tertius & late iam tum ditione premebat* *Ae.* 7.

Pueritia Raimundi.

Ae. 3. *Ter glacialis hyems cursus frenarat aquarum,* Ge. 4.
Ae. 1. *Ternaque transierat scopulis parentibus æstas,* Ge. 2.
Ae. 3. *Postquam iam primo depulsus ab vbere matris.* Ge. 3.
Ae. 1. *Oscula libauit nato; dehinc optima mater* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Continuit Iuuenem, & demissa voce locuta est:* *Ae.* 3.
Ae. 1. *Nate, meæ vires, sanguis meus,* *Ae.* 6.

Puerū Raim. mater præceptis instruit Christianis.

Ae. 4. *Possem multa tibi veterum præcepta referre,* Ge. 1.
Ec. 9. *Sed tamen ista satis, arrectis auribus asta,* *Ae.* 2.
Ae. 3. *Pauca tibi expediam, paucis, aduerte, docebo.* *Ae.* 4.
Ge. 1. *Inprimis venerare Deum, cui summa potestas,* *Ae.* 10.
Ae. 12. *Omnes cælicolas, omnes supera alta tenentes:* *Ae.* 6.
Ae. 7. *Cura tibi diuum effigies, & templa tueri:* *Ae.* 4.
Ae. 3. *Necnon & festis quædam exercere diebus* Ge. 1.
Ge. 1. *Relligio vetuit; templis indicit honorem;* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Annua vota facit, cumulatque altaria donis.* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Nate, patris ne præceptis parere recusa:* *Ae.* 2.

Parce

Ae. 3. *Parce pias scelerare manus; miserere precantis:* *Ae.* 10.
Ae. 2. *Fas odisse dapes, & plena pocula mensæ:* *Ae.* 11.
Ae. 12. *Suspiciens cælum, nihil est quòd pocula laudes.* *Ec.* 3.
Ge. 2. *Sunt quos durus Amor crudeli tabe peredit;* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Et vastas innatus opes amor vrget habendi:* *Ge.* 4.
Ae. 1. *Sunt qui diuitijs soli incubuere repertis;* *Ae.* 6.
Ge. 4. *Sed tu desine velle, deum præcepta secutus;* *Ae.* 12.
Ec. 1. *Non vnquam furor ille tuos inuaserit artus,* *Cir.*
Ec. 8. *Talis amor teneat miseros, tam dira cupido* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Degeneres animos tristi circumuolet vmbra.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Hæ tibi erunt artes, moliri laude laborem,* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Præcipitare moras, & famam extendere factis.* *Ae.* 6.
Ae. 12. *Disce, Puer, virtutem ex me, verumque tueri;* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Tecta simul diuum deserta quærere terra.* *Ae.* 4.
Ae. 11. *Fortunæ Zephyros audis spirare secundos?* *Ae.* 4. Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Ge. 4. *Spirantem ad Zephyrum paleæ iactentur inanes.* *Ge.* 3.
Ae. 2. *Disce omnes, veluti valido cum robore quercus,* *Ae.* 4.
Ae. 7. *Vt pelagi rupes, magnos contemnere ventos.* *Ae.* 3.
Ae. 8. *Sin aliquem infandum casum fortuna minatur;* *Ae.* 12. Si fortuna tonat, caueto mergi.
Ae. 5. *Solue metus, & tu dubijs ne defice rebus;* *Ae.* 6.
Ae. 9. *In casus omnes sed contra audentior ito.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Sed iam agè, carpe viam, tenuis quà semita ducit,* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Angustaque ferunt fauces: ad sidera cæli* *Ge.* 4.
Ae. 4. *Regnator, cælum, & terras qui numine complet,* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Haud facilem esse viam voluit; violentia vincit;* *Ae.* 11. Regnum cælorum vim patitur, &c.
Ae. 2. *Fit via vi, rumpunt aditus, sedesque beatas* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Corripiunt, animas qui in aperta pericula mittunt.* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Contra autem magni facilis descensus Auerni:* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Vnius ob noxam, genus à quo principe nostrum,* *Ae.* 3. Adami primi Parentis.
Ae. 2. *(Horresco referens) patet atri ianua Ditis.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Heu pietas! prima crescentis origine mundi* *Ge.* 2.
Ae. 6. *Hortator scelerum, Coluber mala gramina pastus,* *Ae.* 2. Diabolus.
Ae. 9. *Fallaci æternum seruans sub pectore vulnus,* *Ae.* 1.
Ec. 1. *Fronde super viridi miratam mala puellam* *Ec.* 6. Euam primã generis nostri matrem.
Ae. 6. *Euam, conuoluens sublato pectore terga,* *Ge.* 3.

Ae. 1. *Lusit imaginibus, comitemq́, virumq́, fefellit.* *Ae.* 2.
Ge. 4. *Hinc omnis morbi causa, & vestigia nostri.* Ec. 4.
Ae. 6. *Accipe quæ peragenda, puer, sic itur ad astra.* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Dixit, & amplexus nati haud turbata petiuit:* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Læta suas interque manus, & brachia versat.* *Ae.* 8.
Ae. 9. *Filius huic contra: mihi iussa capessere fas est;* *Ae.* 1.
Ae. 2. *Quo res cumque cadent, dum spiritus hos reget artus.* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Principiò cælum manet alta mente repostum.* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Omnia percepi atque animo: sic ore locutus* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Optatos dedit amplexus, atque oscula fixit:* *Ae.* 1.
Ge. 4. *Nec mora continuo matris præcepta facessit.* Ge. 4.

Adolescentia Raim.

Ae. 9. *Tempore, quo primum tenera lanugine malas* Ec. 2.
Ae. 7. *Induerat, penetrans aulas, & limina regum* Ge. 2.
Culic. *Non auidas agnouit opes, monumenta doloris,* *Ae.* 12.
Ge. 2. *Illum non populi fasces, non purpura flexit.* *Ae.* 4.
Ec. 1. *Sæpe sinistra; adeo in teneris consuescere multum est;* Ge. 2.
Ae. 9. *Sustulit, eximiæ laudis succensus amore* *Ae.* 7.
Ae. 3. *Palladis & sano iuuat indulgere labori,* *Ae.* 6.

Ante pilos sapiens.

Ae. 9. *Ante annos animumque gerens, curamque virorum* *Ae.* 11.
Ge. 4. *Ingentes animos angusto in pectore versat.* Ec. 9.
Ge. 4. *Mores, & studia, atque animum, mentemq́, benignam* *Ae.* 1.
Ae. 2. *Prospiciens nati genitor secum ipse volutat* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Multa super nato, dulcique affatus amore est:* *Ae.* 6.

Raim. hortatur Patera dliberalissimas artes capessendas.

Ae. 6. *O nate, & quæ sit, poteris cognoscere, virtus,* Ec. 4.
Ae. 4. *Egregiam vero laudem, si tanta cupido est,* *Ae.* 6.
Ae. 3. *Ecce tibi Ausoniæ tellus notissima fama* *Ae.* 2.
Ec. 5. *Iampridem dabit, & magna inter præmia ducet.* *Ae.* 12.
Ae. 4. *I, sequere Italiam ventis, hanc arripe velis.* *Ae.* 3.

Leges ab Imperatoribus latæ.

Ae. 3. *Quæcunque in folijs descripsit ferrea iura* Ge. 2.
Ae. 6. *Augustus Cæsar, tu condita mente teneto.* *Ae.* 3.
Culic. *Talibus in studijs magnum & memorabile nomen* *Ae.* 4.
Ae. 1. *Accipies. dixit, pressoque obmutuit ore.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Atque huic responsum paucis ita reddidit ille:* *Ae.* 10.
Ae. 6. *Sic equidem ducebam animo, rebarq́ beatum* Ec. 6.
Ae. 1. *Illum, qui potuit rerum cognoscere causas.* Ge. 2.

Multa

Ae. 3. *Multa mouens animo finem dedit ore loquendi.* *Ae.* 6.
Ae. 3. *Inde vbi prima fides pelago, diuosque vocauit,* *Ae.* 3.
Ae. 10. *Classem conscendit magna comitante caterua :* *Ae.* 2.
Ae. 8. *Labitur vncta vadis abies, terrasque petiuit* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Ausonidum, lætiq; cauo se robore promunt.* *Ae.* 2.

Proficiscitur in Italiam Raim.

Ae. 2. *Vrbs antiqua, potens armis, atque vbere glebæ* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Hesperia in magna est, gentes frenare superbas* *Ae.* 1.
Ae. 7. *Assueta, imperijs, regali splendida luxu,* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Insignis longe diuina Palladis arte;* *Ae.* 2.
Ge. 2. *Diues opum variarum, ostroque insignis, & auro.* *Ae.* 4.

Bononiæ vrbis descriptio.

Ae. 6. *Hic genus antiquum, populi sub gente quaterna,* *Ae.* 10.
Ae. 6. *Magnanimi Heroes, & bello lecta iuuentus.* *Ae.* 8.

Quadraginta Patricij Bononiæ rectores.

Ae. 2. *Turrim in præcipiti stantem, mirabile visu,* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Mœnia lata, mihi multos dilecta per annos,* *Ae.* 9.
Ae. 12. *Hæc habet, hæc alias inter caput extulit vrbes :* *Ec.* 1.
Ge. 2. *Hanc Renus fama multis memoratus in oris* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Irrigat, & tenera prætexit arundine ripas :* *Ge.* 3.
Cir. *Hanc vrbem ante alias multis cum millibus Heros* *Ae.* 5.
Ae. 11. *Delegit, Pater & primis huc misit ab annis.* *Ae.* 2.
Ge. 3. *Ergo omni cura veterum penetralia legum* *Ae.* 2.
Ae. 12. *Vestigat, lustrans memoranda inuenta Magistri.* *Ge.* 4.
Ae. 1. *Præterea veterumque videns monumenta virorum,* *Ae.* 5.
Ae. 11. *Ipse sibi quacunque viam virtute petiuit.* *Ae.* 12.

Bononiæ Raimund. legum studijs operã nauat.

Ge. 2. *Hæc genus acre virum, diuini gloria iuris,* *Ge.* 1.
Ae. 6. *Hunc docuit, multaque insignem reddidit arte.* *Ae.* 5.
Ae. 10. *Hæc memorans, primam meruit qui laude coronam,* *Ae.* 5.
Ae. 8. *Flos veterum, virtusque virum, qui plurima voluens* *Ae.* 1.
Ae. 8. *Composuit, legesque dedit, super æthera notus;* *Ae.* 1.

Præfectus studiorum.

Ae. 1. *Expleri mentem nequit, ardescitque videndo* *Ge.* 3.
Ae. 5. *Hunc Iuuenem, atque vltrò verbis compellat amicis :* *Ae.* 2.
Ae. 12. *O præstans animi Iuuenis, quantum ipse decora* *Ae.* 5.
Ae. 12. *Virtute exuperas, tanto te dignor honore* *Ae.* 1.
Ge. 4. *Magnanimum Heroum. Sic ore effatus amico est.* *Ae.* 3.
Ae. 12. *Nec mora, nec requies; mox sese attollit in auras;* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Incenditque animum dictis, & voce, Magistrum* *Ec.* 5.

Instituit,

Doctoratus laurea exornatur Raim.

Ec. 2. *Instituit, viridique aduelat tempora lauro.* Ae. 5.
Ae. 6. *Egregia interea vulgatur fama per vrbem,* Ae. 12.
Ae. 9. *Lætitiaque fremunt, illum admirantur, & omnes,* Ge. 4.
Ge. 1. *Nescio qua præter solitum dulcedine læti.* Ge. 4.
Ae. 3. *Iamque dies, alterque dies processit, & ipsum* Ae. 12.
Ae. 9. *Longæuique senes omnes, populusque patresq;* Ae. 9.
Ge. 3. *Continuò notis compellant vocibus vltrò:* Ae. 6.
Ae. 9. *Macte noua virtute, animo gratissime nostro,* Ae. 12.
Ae. 1. *Insignem pietate virum, studijsque fauentem* Ae. 5.
Ae. 9. *Exposcunt gentes, omnisque Oenotria tellus,* Ae. 7.
Ae. 6. *Otia qui rumpat, doceat, perque omnia ducat* Ae. 6.
Ae. 9. *Ignarum; à famæ merito pars maxima nostræ,* Ge. 2.
Ge. 3. *Ergo omni studio, si fert ita corde voluntas,* Ae. 6.
Ae. 10. *Hoc virtutis opus sub te tolerare Magistro,* Ae. 8.
Ge. 3. *Dum faciles animi, iuuenes tua cernere facta* Ae. 8.
Ge. 2. *Assuescant, primis & te mirentur ab annis.* Ae. 8.
Ec. 3. *Incipe iam tandem, precibusque inflectere nostris.* Ae. 12.
Ae. 11. *Auditis ille his, placido sic pectore cœpit:* Ae. 1.
Ae. 10. *Quod votis optastis adest, clarissima mundi* Ge. 1.
Ae. 4. *Lumina, nulla mora est, sequor, & quà ducitis adsum.* Ae. 2.
Ae. 6. *His actis properè exequitur præcepta virorum.* Ae. 8.

Bononiensium rogatu, publicè sacros Canones in ea vrbe interpretatur Raim.

Ae. 9. *Fertilis Ausoniæ magnas it fama per vrbes,* Ae. 4.
Ae. 2. *Vndique discendi studio, mirabile dictu,* Ge. 2.
Ae. 12. *Concurrunt Itali, primæuo flore Iuuentus* Ae. 8.
Ae. 2. *Circunfusa ruit; mentem formidine pressi* Ae. 3.
Ae. 7. *In dubijs responsa petunt, adeuntibus Heros* Ae. 1.
Ge. 4. *Instabiles animos, mœrentia pectora mulcet.* Ae. 1.

Barciuonensis Episcopi hortatu in patriã reuertitur Raimund.

Ae. 3. *Has autem terras sic exhortata relinquis,* Ae. 12.
Ae. 2. *O lux perpetuum lucis mansura per æuum* Cir.
Ae. 6. *(Vincit amor patriæ) fines, & littora gentis* Ae. 7.
Ae. 7. *Deseris Hesperiæ, fertur cita gurgite classis,* Ae. 5.
Ae. 3. *Cum socijs patrios longo post tempore fines* Ec. 1.
Ae. 4. *Ingreditur, læti notæ aduertuntur arenæ.* Ae. 5.

D. Dominicũ in cuius frõte pingitur Stella

Ae. 3. *Relligio referens animo, manibusque Parentem,* Ae. 12.
Ae. 11. *Quem primi colimus, cui aperitur vertice Sidus,* Ae. 8.

Barce

Ae. 4. *Barce tum demum voluit consistere terra.* Ae. 1.
Ge. 3. *Signa monent, flagrant, clypeo, & cælestibus armis* Ae. 12.
Ae. 10. *Tot lecti proceres, instant sub tempus, & omnes* Ge. 3.
Ge. 3. *Impendunt curas sceleratam excindere gentem,* Ae. 9.
Ae. 6. *Inferniquelacus cæcos instare tumultus* Ge. 1.
Ae. 10. *Conclamant; fraudemque, & operta tumescere bella* Ge. 1.
Ge. 1. *Sæpe monent; ignominiam, plagasque superbi* Ge. 3.
Ae. 11. *Flent mæsti, largoque humectant flumine vultum.* Ae. 1.
Ge. 2. *Quin etiam cæli regionem, & limen Olympi* Ec. 5.
Ae. 1. *Ostendunt illi, strepitumque Acherontis auari.* Ge. 2.
Ae. 9. *Et iam prima suos Aurora induxerat ortus,* Ge. 4.
Ae. 2. *Ducebatque diem miseris mortalibus almum.* Ae. 11.
Ae. 1. *Interea ad templum per limina læta frequentes* Ae. 1.
Ae. 5. *Conuenere viri: tum facta silentia linguis.* Ae. 11.
Ae. 10. *In medio Fraterque viros super eminet omnes:* Ae. 6.
Ae. 2. *Hic primum ex alto delubri robore vires,* Ae. 2.
Ae. 2. *Ad cælum tendens ardentia lumina, poscit.* Ae. 12.
Ae. 1. *Omnibus & dictis diuinum inspirat amorem,* Ae. 8.
Ae. 10. *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit acerbis,* Ae. 5.
Ae. 5. *Inuitat pretijs animos ad sidera cæli;* Ge. 2.
Ae. 5. *Brachia protendens intentis omnibus vnus* Ae. 3.
Ae. 10. *Infit, eo dicente Dei domus alta quieuit.* Ae. 6.
Ae. 4. *Lamentis, gemitu, populos sermone replebat:* Ae. 4.
Ae. 1. *Iudicium canit, & tristes denunciat iras:* Ae. 3.
Ae. 8. *Et scelerum pœnas, & iam sua præmia laudi.* Ae. 1.
Ae. 8. *Tartareas etiam sedes, Regemque tremendum,* Ge. 4.
Ae. 8. *Faucibus ingentem fumum, flammasque vomentem,* Ae. 8.
Ae. 6. *Hinc exaudiri gemitus, sæuosque dolores,* Ae. 1.
Ae. 2. *Quos nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,* Ae. 5.
Ae. 6. *Forte recensebat, diuum cursusque docebat;* Ae. 3.
Ae. 9 *Insuper humanis quæ sit fiducia rebus,* Ae. 10.
Ae. 12. *Has inter voces, media inter talia verba,* Ge. 2.
Ae. 10. *Affuit, & magna iuuenum stipante caterua* Ae. 1.
Ae. 3. *Is, quo se tantum tellus iactabat Alumno.* Ae. 6.
Ec. 1. *De cælo tactus, deiecto lumina vultu,* Ae. 6.

Hæc

[Margin notes:]
Barcinona, in qua vrbe florebat Dominicana Relig.
Diaboli.
Barcinonæ Dominicani Patris prædicationi interfuit Raim.
Obsecra, argue increpa.
Iudicium extremum.
Pœnarum æternitas.
Concionatoris voce permotus Raim. ad reli-

giosam vitam animũ adijcit.

Ae. 1. *Hæc secum : Tentanda via est, quò me quoque possim* Ge. 3.
Ge. 3. *Tollere humo, victor superasque euadere ad auras.* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Atque, vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,* *Ae.* 2.
Ae. 6. *Prosequitur lacrymans, mediaque in voce resistit.* *Ae.* 4.
Ge. 1. *Magna Viri virtus animo, multumque recursat* *Ae.* 4.
Ae. 12. *Relligio; illum absens absentem auditque, videtque :* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Tandem pauca refert lacrymis ingressus obortis :* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Quis nouus hic nostris successit sedibus Heros?* *Ae.* 5.
Ae. 2. *Quidue petit? quæ Relligio? genus esse deorum,* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Credo equidem, nec vana fides, sanctumque Senatum.* *Ae.* 1.

Religionis bona.

Ae. 6. *Hic secura quies, & nescia fallere vita.* Ge. 2.
Ae. 1. *Hic pietatis honos. O terque quaterque beati,* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Prosequitur dictis, quorum iam mœnia surgunt* *Ae.* 1.
Cir. *Aurea fulgentis cæli in regione serena.* *Ae.* 8.
Ae. 8. *Nunc ò nunc liceat congestum cespite culmen,* Ec. 1.
Ec. 2. *Atque humiles habitare casas. ea verba locutus* *Ae.* 8.
Culic. *Dirigit huc sensus subter fastigia tecti* *Ae.* 8.
Ec. 1. *Pauperis, & tuguri expertem sine crimine vitam* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Degere, nec placidam membris dat cura quietem.* *Ae.* 4.

Dies, in qua Saluator mundi Cruci fuit affixus.

Ae. 5. *Expectata dies aderat mortalibus ægris,* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Vipereo generi, & nigris exosa Chelydris,* Ge. 3.
Ae. 12. *Qua vitam dedit æternam regnator Olympi,* *Ae.* 2.

Caluariæ.

Ae. 12. *Altè sublatus cum summo in vertice Montis,* *Ae.* 11.

Mortem nostram moriendo destruxit.

Ae. 9. *Transfossus Ligno moriens animam abstulit hosti,* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Et coniuratas Erebi descendit ad vmbras.* *Ae.* 6.

Die sacra Dominicæ Passionis, se ad Dominicanos cõfert Raim.

Ae. 1. *Arte laboratas vestes, ostroque superbas* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Occulit Ipse; vnus graditur, pulcherrima fratrum* *Ae.* 12.
Ge. 4. *Tecta petit, varia confusus imagine rerum.* *Ae.* 12.

Cœnobij Præfectus, quem Priorem vocant.

Ae. 2. *Vt tandem ante oculos euasit, & ora Prioris,* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Obstupuit primò. Cunctantem, & multa parantem* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Sic Prior alloquitur: Mitte hanc de pectore curam.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Fare age, quid venias, quidue hinc petis, inquit: at ille.* Ge. 4.
Ge. 4. *Multa querens tales referebat pectore voces :* *Ae.* 5.

Antiquus Serpens.

Ae. 6. *Horrendum stridens immanis hiatibus Hydra,* *Ae.* 6.
Ae. 3. *Monstrum horrendum, informe, Erebi de sedibus imis* Ge. 4.

Castra

Ae. 9.	*Castra inimica petens occurrit, & omnia turbat:*	Ae. 3.	Humanum genus.
Ae. 12.	*Impauidus stabula alta Leo ceu sæpe peragrans,*	Ae. 10.	Aduersarius noster, tanquã Leo rugiens.
Ae. 9.	*Suadet enim vesana fames, fremit ore cruento,*	Ae. 12.	
Ae. 9.	*Molle pecus, mutumq; metu manditque trahitque;*	Ae. 9.	
Ae. 9.	*Me me inimicus atrox magno stridore per auras*	Ge. 1.	
Ae. 6.	*Tartareus turba capitum circumstetit Anguis:*	Ae. 8.	
Ae. 3.	*Excipit incautum, certatque illudere capto.*	Ae. 2.	
Ec. 1.	*En tua progenies, cæli quibus annuis arcem,*	Ae. 1.	Religiosorum cœtus.
Ae. 3.	*Aetnæos fratres spirantes naribus ignem*	Ge. 2.	
Ae. 4.	*Festinare fugam, & victrix dare terga coëgit.*	Ge. 4.	
Ae. 6	*Vnum oro, quando fugit irreparabile tempus,*	Ge. 3.	
Ae. 6.	*Contingat iungi hospitio, sociumque vocari.*	Ae. 7.	
Ae. 6.	*Eripe me his, Inuicte, malis, & carcere cæco:*	Ae. 6.	
Ae. 10.	*Te precor, hanc animam serues; miserere tuorum.*	Ae. 12.	Quia religiosus.
Ae. 4.	*(Huc illuc voluens oculos, dehinc talia fatur)*	Ae. 1.	
Ae. 6.	*Vos quoque felices; quibus est fortuna peracta:*	Ae. 3.	
Ec. 1.	*O vtinam ex vobis vnus, vestrique fuissem*	Ec. 10.	
Ae. 3.	*Concilij magnorum haud vnquam indignus Auorum:*	Ae. 12.	
Ae. 1.	*Talia iactanti hæc placido Prior edidit ore:*	Ae. 7.	
Ae. 8.	*Quid causas petis ex alto? fiducia cessit?*	Ae. 10.	
Ae. 10.	*Teque etiam his addam, tua si mihi certa voluntas;*	Ae. 7.	
Ge. 3.	*Nec sum animi dubius. Quærenti talibus ille,*	Ae. 1.	
Ae. 2.	*Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui.*	Ae. 12.	
Ae. 1.	*Tunc exaudiri voces, & verba vocantis*	Ae. 4.	In more positum est, apud
Ae. 4.	*Visa Viri: mox cum fratres in vota vocasset,*	Ae. 3.	Monachos, vt
Ae. 2.	*Assensere omnes: cunctis ex more vocatis,*	Ae. 5.	Præfectus omnium vota ex-
Ae. 6.	*Sic Prior aggreditur mœrentem, ac talibus infit:*	Ae. 10.	ploret, in noui-
Ec. 9.	*Certè equidem quia nota mihi tua magna voluntas,*	Ae. 12.	tijs suscipien-
Ae. 10	*Hac dabitur dextra, quod tota mente petisti.*	Ae. 4.	dis.
Ec. 4.	*Pauca tamen memorare tibi, atque ostendere coram*	Ae. 6.	Tria vota reli-
Ae. 2.	*Incipiam; hæc imis, res est non parua, reponas*	Ec. 3.	giosorum. s. O- bedientiam,
Ae. 11.	*Pectoribus. Læti parent, ac iussa facessunt:*	Ae. 4.	Castitatem, &
Ge. 3.	*Casta pudicitiam seruat domus: omnium egeni*	Ae. 1.	Paupertatem.
Ae. 6.	*Hic fratres, pauperque domus, nec nota potentum*	Ae. 12.	
Ec. 3.	*Munera sunt, duris vrgens in rebus egestas;*	Ge. 1.	

D. Dominicus Dux, & Pater ord. præd.

Ge. 3. *Illi alternantes & numina sancta precantur.* Ge. 3.
Ae. 2. *(Extrema iam in morte Ille hæc monumenta reliquit,* Ae. 6.
Ae. 6. *Vnus, qui nobis quondam, dum vita manebat,* Ae. 5.
Ae. 1. *Imposuit legem, & genti cunabula nostræ.)* Ae. 3.
Ae. 4. *Dixerat: atque Ille hæc contra: quis talia demens* Ae. 4.
Ae. 4 *Abnuat? haud diuum ducunt quà iußa sequemur?* Ae. 3.
Ae. 4. *Perficere est animus quæ ritè incœpta paraui.* Ae. 4.
Ec. 5. *Tu maior, tibi me est æquum parere minorem,* Ae. 9.
Ae. 10. *Dextra mihi Deus, & supplex tua numina posco,* Ae. 1.
Ae. 11. *Alma mihi tellus optem prius ima dehiscat,* Ae. 4.
Ae. 12. *Sancte pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.* Ae. 4.

[illegible] sanctæ religionis vestibus induitur Raim.

Ae. 5. *Tum plausu, fremituque Viri Pater ipse colendus* Ge. 1.
Ge. 3. *More patrum niueo vestiuit tegmine corpus;* Cir.
Ae. 5. *Cærulea atque pedes vestis defluxit ad imos.* Ae. 1.
Ge. 1. *Continuò in morem tonsa coma pressa corona.* Ae. 5.
Cir. *Complures illum, & magni hæc exempla secuti,* Ge. 4.
Cir. *Irritaque experti fallacis præmia mundi,* Ae. 9.
Ae. 2. *Antiquasque domos, & dulcia limina mutant.* Ge. 2.

Quæ fuerit Raim. viuendi ratio religionis suscepto habitu.

Ae. 1. *Virginis os, habitumque gerens sibi prouidus Heros* Mo.
Ae. 12. *Mortalis geminum pugnæ proponit honorem.* Ae. 5.
Ge. 3. *His animaduersis est mens sibi conscia recti:* Ae. 1.
Ae. 10. *Hoc solamen erat, cura hæc est subdita cordi,* Culic.
Ae. 10. *Iussa aliena pati, euerso succurrere seclo.* Ge. 1.
V.B. *Non prius in dulcem declinat membra quietem,* Ae. 1.
Ge. 3. *Singula quàm longi reputauerit acta diei:* V.B.
Ge. 3. *Et tentat sese, num dicto, aut denique vultu* V.B.
V.B. *Perstrictus quisquam; totus se explorat ad vnguem.* V.B.
Ae. 12. *Sæpe iacet pernox instrato saxa cubili.* Ge. 3.
Ae. 7. *Inferni assiduis hinc, atque hinc vocibus Heros* Ae. 4.
Ae. 6. *Vrgetur, placidasque Viri Deus obstruit aures.* Ae. 4.
Ae. 3. *Et Pater, vt rupes vastum quæ prodit in æquor* Ae. 10.
Ae. 10 *Obuia ventorum furijs, expostaque fluctu* Ec. 9.
Ae. 5. *Stat grauis, atque minas perfert cælique, marisque;* Ae. 10.
Ge. 2. *Haud illum nostri poßunt mutare labores;* Ec. 10.
Ae. 4. *Mens immota manet, ceu stat Marpesia cautes.* Ae. 6.

Pocula

Ge. 3. *Pocula sunt fontes liquidi; noctisque per vmbram* Ae. 9.
Ae. 5. *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra,* Ae. 6.
Ae. 3. *Membra quatit; gelidus sequitur de vulnere sanguis:* Ae. 12.
Ae. 3. *Et fessum quoties mutat latus, atque cruentum;* Ae. 11.
Ae. 12. *Sanguine terra madet, crudescunt sanguine pugnæ.* Ae. 7.
Ec. 1. *Nec tamen interea; quoniam est oblata facultas;* Ge. 4.
Ae. 7. *Immemor est nostri, curis qui ingentibus ægros* Ae. 1.
Ge. 4. *Mulcebat dictis animos, lacrymasque ciebat.* Ae. 6.
Ge. 2. *Quid maiora sequar? non hic te carmine ficto,* Ge. 2.
Ae. 7. *Diue, per ambages, aut longa exorsa tenebo.* Ge. 2.
Ec. 5. *Tu decus omne tuis, & seruantissimus æqui,* Ae. 2.
Ae. 11. *Aeternum cælorum, & virginitatis honorem* Ge. 2.
Ae. 11. *Intemerate colis: non hæc sine numine Diuum.* Ae. 2.
Ae. 6. *Progenies magnum diuini Signa decoris* Ae. 5.
Ae. 9. *Ediderat Iuuenem, quem diues Anagnia pauit,* Ae. 7.
Ge. 3. *Turbidus alta petens pedibus Iouis Armiger vncis* Ae. 9.
Ae. 5. *Magnanimæ Genti nomen dedit, armaque finxit:* Ae. 1.

Gregorius IX. Anagninus ex Comitum Signiæ familia, cuius insigne est Aquila nigra.

Ae. 8. *(Semper honore meo, semper celebrabere versu,* Ec. 10.
Ae. 11. *O decus Italiæ, decus, & tutamen in armis,* Ae. 5.
Ae. 11. *Cara mihi Comitumque potens virtute Propago,* Ae. 12.

Auctoris propensio erga Comitũ familiã.

Ae. 1. *Maxima natorum, centum complexa nepotes,* Ae. 6.
Ae. 11. *Ingentes animis, pariter pietate, vel armis.* Ae. 6.
Ae. 6. *Tu regere imperio populos assueta, triumphis,* Ae. 6.
Ae. 6. *Aere ciere viros, pacique imponere morem.* Ae. 6.
Ae. 1. *Vnus adest, tibi quem promitti sæpius audis,* Ae. 6.
Ae. 9. *Præsidium Ausoniæ, magna de stirpe nepotum,* Ae. 6.

Carolus Comes Card. Anconæque Episcopus.

Ge. 2. *Est cui picta croco, & fulgenti Murice Vestis,* Ae. 9.
Ec. 9. *Hic & Auis comitem sese Mauortius addat* Ae. 6.
Ae. 7. *Pastor, perpetua soluet formidine terras.* Ec. 4.
Ec. 5. *Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,* Ec. 1.

Summis Pontificibus ex Comitũ domo vtinam iungatur Carolus.

Ec. 8. *Atque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,* Ec. 5.
Ae. 7. *In mare dum fluuij current, dum montibus vmbræ* Ae. 1.
Ae. 1. *Lustrabunt, conuexa polus dum sidera habebit* Ec. 1.
Ae. 1. *Semper honos, Nomenque tuum, laudesque virescent)* Ge. 1.
Ae. 7. *Hunc olim sacra longæuum in Sede locauit* Ae. 2. Apostolica.

Omni-

Ae. 10. *Omnipotens genitor, patriis virtutibus Orbem* Ec. 4.
Ae. 6. *Hic rem Romanam iam tum ditione premebat* Ae. 7.
Ae. 6. *Missus in imperium, & Capitolia celsa tenebat.* Ae. 8.

Mittitur in Hispaniam Legatus Card. Sabinus, vt bellum Saracenis indictũ cõficiatur. Saracenos intelligit, facie nigros.

Ge. 1. *Ipse Pater, cui tanta Deo permissa potestas,* Ae. 9.
Ae. 12. *Conspectu in medio procerum tum more Sabinum* Ae. 8.
Ae. 4. *Talibus aggreditur: Magnæ spes altera Romæ,* Ae. 12.
Ae. 3. *Fama volat pulsos nigrantes terga Iuuencos* Ae. 5.
Ae. 11. *Ingruere infensos hostes iam gurgite Ibero,* Ae. 11.
Ae. 11. *Illi armis in regna ruunt, manibusque cruentis* Ae. 2.
Ae. 6. *Ausi omnes immane nefas terraque, marique* Ae. 10.
Ae. 8. *Vana superstitio pugnas, & prælia tentant.* Ae. 11.
Ae. 5. *Debellanda tibi gens dura, atque aspera cultu,* Ae. 5.
Ae. 8. *Gensque virum truncis, & duro robore creti.* Ae. 9.
Ae. 6. *I decus, i nostrum tantas componere lites;* Ec. 3.
Ae. 4. *Eia age rumpe moras, hic nostri Nuntius esto:* Ae. 4.
Ae. 7. *Dic in amicitiam coeant, in fœdera dextræ.* Ae. 11.
Ae. 1. *Perge modo; ad sedes victor reuehere paternas.* Ae. 11.
Ae. 2. *Dixerat, & magno curarum fluctuat æstu,* Ae. 8.
Ae. 1. *Imperio Ille Patris magni parere parabat.* Ae. 4.
Ae. 9. *Interea præmissi aderant ex vrbe Latina* Ae. 11.

Roma.
Pueri quatuor à pedibus, Hispanum Regẽ de Legati Romani aduentu certiorem faciunt.
Pontific. Max.

Ae. 10. *Quatuor hic Iuuenes, longæui Regis ad aures* Ae. 7.
Ae. 9. *Talia iactantes ignota in veste reportant:* Ae. 7.
Ae. 11. *Largus opum, & lingua melior, Rex optime Regum,* Ae. 11.
Ae. 7. *Ecce Sabinorum prisco de sanguine Pastor,* Ec. 6.
Ae. 11. *Atque huc Legatus Tyrio conspectus in ostro* Ge. 3.
Ae. 6. *Regis Romani terras tentare repostas,* Ae. 3.
Ae. 8. *Auxilio vnanimes armare in prælia fratres,* Ae. 7.
Ae. 10. *Arua aliena iugo premere, excidioque daturus* Ae. 12.
Ae. 1. *Eoas acies, Lunatis agmina peltis,* Ae. 11.
Ae. 2. *Ardentes clypeos, & nigri Memnonis arma* Ae. 1.
Ec. 10. *Venit, & afflictis melius confidere rebus* Ae. 1.
Ae. 7. *Consilio, & varium cæli prædiscere morem.* Ge. 1.

Legatus ab Hispano Rege honorificè susceptus, cognita Raimũdi vita,

Ae. 7. *Rex genus egregium, pietate insignis, & armis,* Ae. 6.
Ae. 6. *Regifico luxu, & ferrugine clarus Ibera,* Ae. 9.
Ae. 1. *Suscepit, veterum non immemor ille, Parentem* Ae. 5.

Purpu-

Ae. 1. *Purpureum, ac fessos opibus solatur amicis.* Ae. 5.
Ae. 6. *Redditus his primùm terris Pater ipse Sabinus* Ae. 7.
Ae. 1. *Quærere constituit socium, præq; omnibus vnum* Ae. 3.
Ae. 11. *Consulat in medium, memoret qui deinde gerenda.* Ae. 6.
Ae. 2. *Quærenti, è tectis vox reddita fertur ad aures:* Ae. 3.
Ge. 4. *Pastor (fabor enim quando hac te cura remordet)* Ae. 1.
Ec. 3. *Est mihi nanque domi Pater vsque ad sidera notus;* Ec. 5.
Ae. 2. *Hunc cape factorum comitem, & coniunge volentem,* Ae. 5.
Ae. 5. *Hunc cape consilijs socium. Sic fatus, Amicum* Ae. 1.
Ae. 11. *Alloquitur fidum post intra septa domorum:* Ge. 4.
Ec. 5. *Formosi pecoris Custos, Romana propago,* Ae. 6.
Ae. 9. *Improuisus adest detrudere finibus hostem* Ae. 7.
Ae. 6. *Nigrarum pecudum, genus insuperabile bello,* Ae. 4.
Ae. 6. *Parcere subiectis, & debellare rebelles.* Ae. 12.
Ae. 2. *Ergo agè, care Pater, nostram nunc accipe mentem;* Ae. 1.
Ae. 7. *I comes, & paribus curis vestigia fige.* Ae. 6.
Ae. 1. *Iamque ibat dicto parens, quà semita monstrat,* Ae. 1.
Ec. 3. *Ipse vbi porticibus Rex accipiebat in amplis* Ae. 3.
Ae. 12. *Pastorem: portis alij bipatentibus adsunt,* Ae. 2.
Ae. 11. *Hinc alij, atque hinc omnem aditum custode coronant.* Ae. 9.
Ae. 7. *Huc & tum Pater ipse petens responsa Sabini,* Ge. 2.
Ae. 4. *Tandem progreditur (magnus stupet ipse Latinus,* Ae. 12.
Ae. 1. *Ardenti & totum lustrabat lumine corpus)* Ae. 8.
Ae. 11. *Audijt, agnouitque Virum, dextraque coruscum* Ae. 2.
Ae. 9. *Accepit venientem, ac insuper addidit ore:* Ae. 2.
Ec. 2. *Ipse ego te comitem casus complector in omnes,* Ae. 9.
Ae. 10. *Tu mihi nunc motos præsta componere fluctus.* Ae. 1.
Ae. 6. *Ille autem: Cedo, tibi nec comes ire recuso.* Ae. 2.
Ae. 6. *Ergo iter inceptum peragunt, comitatur euntem* Ae. 6.
Ae. 7. *Ipse pedes, tota passim regione vagantur* Ae. 6.
Ge. 3. *Saxa per, & scopulos, per tot discrimina rerum;* Ae. 1.
Ae. 2. *Ipse Pater varioque viam sermone leuabat.* Ae. 8.
Ae. 6. *Itque, reditque viam toties, industria firmat* Ge. 3.
Ae. 4. *Multa viri, mollitque animos, & temperat iras.* Ae. 1.
Ae. 11. *Vt primùm placati animi, compressus & omnis* Ae. 2.

& doctrina, et sibi in consilijs auctorem, & adiutorem adiungit.

Verba Præfecti ad Raim.

Romani Pontificis Legatus.

Raimundum.

D *Impetus*

Re perfecta Legatus Romam reuertitur: Raim. Barcinonam repetit.

Ae. 2. *Impetus ille virum, magnam Mauortis ad vrbem* Ae. 8.
Ae. 12. *Ipse inter primos, & læta fronte Latinus* Ae. 11.
Ae. 7. *Ire iubet: superant montes, & flumina tranant;* Ge. 3.
Ae. 6. *Et tandem optato conduntur Tibridis alueo.* Ae. 7.
Ae. 9. *Ipse Comes graditur rursusque ad limina nota.* Ae. 7.
Ae. 7. *Ergo iter ad Regem, cæli cui sidera parent,* Ae. 10.
Ae. 6. *Et Chaos, & Phlegethon, atque altæ mœnia Romæ.* Ae. 1.
Ae. 1. *Postquam introgressus socijs, sacraque caterua* Ae. 11.
Ae. 11. *Legatus responsa ferens sic incipit ore:* Ae. 12.

Legatus Pontifici res in Hispania gestas exponit.

Ae. 5. *Summe Pater, toto certatum est corpore regni;* Ae. 11.
Ae. 11. *Contulimusque manus, stetimus tela aspera contra;* Ae. 11.
Ae. 9. *Vidimus obscuramque Ducis de nomine gentem,* Ae. 1.
Ae. 2. *Vidimus excidia, & casus superauimus omnes.* Ae. 11.
Ae. 2. *Collectam satis est gentem effugisse nefandam,* Ae. 3.
Ae. 12. *Turbatosque Duces regnis cessisse paternis.* Ae. 3.

Raimundus à Legato laudatur coram Pontifice.

Ae. 9. *His, annis grauis, atque animi maturus, in oris* Ge. 2.
Ae. 10. *Nunc manet, Heroum laudes, & facta parentum* Ec. 4.
Ae. 10. *Exuperans, patitur quemuis durare laborem,* Ae. 8.
Ae. 7. *Relligione sacer, gaudens popularibus auris* Ae. 6.
Ge. 1. *Nequicquam; idque omnes diuiq; , hominesq; canebāt.* Ae. 12.
Ae. 9. *Consilium summumque huic, claris dextera factis.* Ae. 7.
Ae. 6. *Ille meum comitatus iter, mea dextera bello,* Ae. 12.
Ae. 8. *(Haud incerta cano) curæ, casusque leuamen* Ae. 3.
Ae. 7. *Hic erat, ac totum sub leges mitteret orbem.* Ae. 4.
Ae. 10. *Frons hominem præfert, antiquæ ab origine gentis,* Ae. 1.
Ae. 11. *Hic pietate prior, quo non præstantior alter.* Ae. 6.
Ae. 11. *Vix ea Legatus. solio Rex infit ab alto:* Ae. 11.
Ae. 2. *Ad terram Hesperiam veniat; pulcherrima Roma,* Ge. 2.
Ae. 1. *Roma nouum terræ stupeat lucescere solem;* Ec. 6.
Ae. 8. *Miretur, nostrumque leuet quemcunque laborem.* Ae. 1.

Card. Sabinus Pontificis nomine dat literas ad Raim.

Ae. 2. *Ipse Viro folijsque notas, & nomina mandat* Ae. 3.
Ae. 9. *Purpureus cristisque libens, & verba Parentis.* Ae. 8.
Ae. 6. *Haud mora: festinat Laurentem attingere Tibrim;* Ae. 5.

Admonitus Romam contēdit, honoris

Ae. 8. *Hinc ad Tarpeiam sedem fortissimus Heros,* Ae. 6.
Ae. 12. *Præcipitatque moras: coram data copia fandi;* Ae. 1.

Nudato

Ae. 12. *Nudato capite hac affatur voce Parentem:* Ge. 4.
Ae. 5. *Salue, sancte Parens; tibi seruiat vltima Thule,* Ge. 1.
Ge. 3. *Gens effrena virum septem subiecta Trioni,* Ge. 3.
Ge. 2. *Et pulcher Ganges, vertentes terga Sabæi,* Ae. 9.
Ae. 9. *Omnis Arabs: Pelagi tot tempestatibus actus* Ae. 3.
Ae. 2. *Huc tandem supplex venio, & sanctum mihi numen* Ae. 8.
Ae. 12. *Suppliciter veneror: coram quem quæritis adsum* Ae. 1.
Ae. 1. *Ipse ignotus, egens. Risit Pater optimus illi,* Ae. 5.
Ae. 8. *Accepitq; manu, rupitque hanc pectore vocem:* Ae. 3.
Ae. 6. *Venisti tandem Tiberini ad fluminis vndam;* Ae. 10.
Ae. 6. *Vicit iter durum pietas, aruisque Latinis* Ae. 8.
Ae. 2. *Expectate venis multùm, ò clarissime Frater,* Ae. 5.
Ec. 5. *Sis bonus, ò felixque; & quod nunc instat agamus.* Ec. 9.
Ec. 4. *Errantes doceas iter, & sacra ostia pandas.* Ae. 6.
Ec. 2. *Nec te pœniteat duros perferre labores,* Ae. 6.
Ge. 4. *Admiranda tibi facto prudentia maior;* Ge. 1.
Ge. 3. *Te quoque Graiorum sacrata resoluere iura.* Ae. 2.
Ae. 9. *Luce palam certum est, cuncti te scire fatentur.* Ae. 12.
Ae. 8. *Relliquias, veterumque vides monimenta parentum* Ge. 3.
Ae. 11. *Dissensu vario, varijs sententia dictis* Ae. 11.
Ae. 4. *In partesque rapit varias, perque omnia mentes:* Ge. 3.
Ae. 7. *Nunc age qui leges scis ipse, & scire fateris,* Ae. 12.
Ae. 1. *Consilia in melius referes, opera omnia lustrans,* Ae. 4.
Ae. 11. *Ordine cuncta suo. Nec plura effatus. At ille;* Ae. 8.
Ae. 8. *Quicquid in arte mea possum noctesque, diesque* Ae. 6.
Ec. 3. *Efficiam posthac; nec me labor iste grauabit.* Ae. 2.
Ae. 9. *Talia dicta dabat. varios hominumque labores* Ae. 2.
Ae. 1. *Per medios instans operi, post quatuor annos* Ge. 3.
Ae. 3. *Digerit in numerum collectis omnibus vnà.* Ae. 2.
Ae. 10. *Nequicquam tantique abolescet gratia facti.* Ae. 7.
Ae. 10. *Hicque nouum æterno prætexit honore volumen,* Cir.
Ae. 2. *(Haud ignota loquor) opera inter talia primum:* Ae. 6.
Ae. 4. *Ipsa fidem tanto est operi latura vetustas,* Ae. 10.
Ae. 4. *Nã uiget, hæc Summa est multo spectata labore.* Ge. 1.
Ge. 1. *Qui Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruat,* Ge. 2.

[Margin notes: causa Pontificem inuisit Raim. — Põtifex Raim. benigne excipit, eumq; summum pœnitẽtiæ Præfectum designat. — Pontificum decreta, in vnum quasi corpus cõponit Raim. — Opusculum quod, summã casuum conscientiæ appellant, primus conscripsit.]

Ae. 7. *Hic Pater ardentem simul his affatur Amicum :* *Ae.* 9.
Ec. 5. *Quæ tibi, quæ tali reddam pro munere dona ?* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Non opis est nostræ grates persoluere dignas;* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Præmia digna ferat magni Regnator Olympi:* *Ae.* 10.
Ec. 1. *Nec tamen interea mihi non donatus abibis.* *Ae.* 5.

Tarraco Scipionum opus, cuius vrbis Archiepiscopatũ recusat Raim. Archiepiscopo Diabolus.

Ae. 3. *TERRA procul CO litur (gemini duo fulmina belli* *Ae.* 6.
Culic. *Illam Scipiadæ posuere in motibus vrbem,* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Vrbem præclaram fama, & felicibus armis,* *Ae.* 7.
Ge. 3. *Pingue solum) primo quoniam spoliata Magistro est,* *Ae.* 5.
Ae. 2. *Iam lupus insidias explorat ouilia circum ;* *Ge.* 3.
Ec. 3. *Triste lupus stabulis, aditum Custode sepulto* *Ae.* 6.
Ge. 4. *Occupat ad caulas ventos perpessus, & imbres ;* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Iam gregibus nocturnus obambulat; acrior illum* *Ge.* 3.
Ae. 3. *Ni teneat, pœnis & ad impia Tartara mittat.* *Ae.* 6.
Ec. 6. *Pascere oportet oues ; nullo Custode per herbam* *Ae.* 3.
Ge. 3. *Diffugiunt armenta, oriturque miserrima cædes.* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Vade age, Nate, voca (longæuo hoc munus habebis* *Ae.* 5.

Extincto.

Ae. 11. *Occiso Pastore) gregem; atque in pascua mitte,* *Ge.* 3.
Ae. 9. *Est hæc, est quæ nunc animo sententia constat.* *Ae.* 5.
Ae. 10. *Dixerat ille; vnoque omnes eadem ore fremebant.* *Ae.* 11.
Ae. 4. *Quem simul ac tali persensit mente locutum* *Ae.* 4.
Ge. 1. *Ipse Pater, guttis humectans grandibus ora,* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Turbatur subitò, & verbis hæc insuper addit :* *Ae.* 11.

Religionis portum Episcopatus procellis anteponunt.

Ae. 2. *Relligione patrum cunctis pro talibus vnum* *Ae.* 12.
Ae. 2. *Menè efferre pedem, dulcesque relinquere terras,* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Sperasti? potui tantum sperare dolorem* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Te propter ? melior vacua sine regnet in Aula,* *Ge.* 4.
Ae. 12. *Qui pecori imperitet, possit superare labores.* *Ae.* 3.
Ae. 3. *Ille hæc ingenti luctu. Rex ipse Latinus* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Sic fatur: Causas nequicquam nectis inanes;* *Ae.* 9.
Ae. 7. *Non mea iam mutata loco sententia cedit,* *Ae.* 9.
Ae. 4. *Ergo iussa para: Quæ vox vt venit ad aures* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Sola Viri, subitò non vultus, non color vnus* *Ae.* 6.

Morbo contabescit, quia inuitus ad Episcopatum cogebatur.

Culic. *Illi sunt; artus depascitur arida febris,* *Ge.* 3.
Ae. 1. *Atque illum referunt thalamo, stratisque reponunt.* *Ae.* 4.

Aridaque

Ae. 5. *Aridaque ora quatit tum creber anhelitus artus,* Ae. 5.
Ae. 6. *Noctes, atque dies premit altum corde dolorem;* Ae. 1.
Ec. 4. *Non arbusta iuuant, quæsitæ in montibus herbæ;* Ae. 7.
Ge. 2. *Non liquidi fontes, infusaque flumina prosunt;* Ae. 5.
Ae. 9. *Nec iam sufficiunt artes; cessere magistri,* Ge. 5.
Ge. 3. *Tristia nec dulci declinat lumina somno.* Ae. 4.
Ae. 5. *Vndique conueniunt cristis capita alta corusci;* Ae. 9.
Ae. 3. *Hortantur tristes animo deponere curas.* Ge. 4.
Ae. 12. *At Pater obnixus curam sub corde premebat.* Ae. 4.
Ae. 2. *Nec requieuit enim, donec Rex ipse Latinus* Ae. 7.
Ae. 4. *Incœpit misereri animi non digna ferentis.* Ae. 2.
Ec. 1. *Nanque illum tales iactantem pectore curas* Ae. 1.
Ae. 12. *Paulatim exoluit tantis surgentibus vndis.* Ae. 6.
Ae. 1. *His actis curæ emotæ, pulsusque parumper* Ae. 6.
Ae. 6. *Corde dolor tristi; rediere in pristina vires.* Ae. 12.
Ae. 8. *Romanoque foro, miro quod honore colebat,* Ae. 4.
Ae. 10. *Nec Genitore minor, nec fama obscurior, annis* Ae. 7.
Ge. 1. *Quinque tenet cælum, rebus non asper egenis.* Ae. 8.
Ae. 4. *Ecce iterum fessos quatit æger anhelitus artus,* Ae. 9.
Ae. 9. *Debilitat vires animi, ægrescitque medendo.* Ae. 12.
Ae. 6. *Causa mali tanti pietas antiqua, labores* Ae. 5.
Ge. 3. *Ingentes, animus rebus succurrere fessis.* Ae. 11.
Ae. 1. *Casu deinde Viri grauiter commotus, & altus* Ae. 1.
Ge. 3. *Pastor (apud memorem veteris stat gratia facti)* Ae. 4.
Ge. 4. *Iamque domum, mirans animo concussus, Amici* Ae. 5.
Ge. 4. *Ingreßus, paulùm lacrymis, & mente moratur:* Ae. 4.
Ae. 8. *Tunc sic pauca refert, permulcens pectora dictis:* Ae. 5.
Ae. 1. *Parce metu; superanda omnis fortuna ferendo est.* Ae. 5.
Ge. 3. *Tu passus grauiora, dabit Deus his quoque finem.* Ae. 1.
Ae. 5. *Hæc cape dicta memor duri solatia casus.* Ae. 6.
Ae. 4. *Ille graues oculos conatus tollere, fatur:* Ae. 4.
Ae. 8. *Nunc quæ circunstent me deinde pericula cernis,* Ae. 7.
Ae. 4. *Si bene quid de te merui; miserere laborum* Ae. 2.
Ae. 11. *Tantorum; subeunt morbi, tristisque senectus.* Ge. 3.
Ae. 2. *Hoc tandem concede; antiquam exquirere matrem,* Ae. 3.

Purpurati Patres.

Quinquennis laborauit in sacris confessionibus audiendis Raim.

	Ae. 1.	*Vnde huc aduectus, patrio & me limine siste,*	*Ae.* 2.
	Ae. 5.	*Quod superest, oro, finemque impone labori.*	*Ae.* 2.
Raim. petenti, vt sibi ad patriam redire liceret, Pontifex obsequitur.	*Ae.* 9.	*Talia verba dabat. Primus de gente Latina*	*Ae.* 11.
	Ae. 11.	*Annuit oranti, reducem vt patria alta teneret*	*Ae.* 7.
	Ae. 10.	*Concessit mæstus, dextramque amplexus inhæsit.*	*Ae.* 8.
	Ae. 2.	*Atque hoc exultans successu, & concitus Heros*	*Ae.* 12.
	Ae. 11.	*Lætitia; & tacitum pertentant gaudia pectus;*	*Ae.* 1.
	Ae. 9.	*Ille dolor subitòque omnis de corpore fugit.*	*Ae.* 12.
	Ae. 4.	*Corripit è stratis corpus, tenditque supinas*	*Ae.* 3.
	Ae. 3.	*Ad cælum cum voce manus; primùmque Parenti*	*Ae.* 3.
	Ge. 2.	*Aeterno, totum qui viribus occupat orbem,*	*Ae.* 7.
B. Virginem, quæ Stella maris dicitur.	*Ae.* 2.	*Persoluit grates; & sanctum Sidus adorat*	*Ae.* 2.
	Ae. 4.	*Oceani, & supplex aris imponit honorem.*	*Ae.* 1.
	Ae. 5.	*Cum Pater amissum robur, viresque recepit;*	Ge. 3.
	Ae. 3.	*Pastorem rerum dominum, gentemque togatam*	*Ae.* 1.
	Ae. 4.	*Deserit; Hesperiam magnam, Saturniaque arua.*	*Ae.* 1.
	Ae. 2.	*Cum Socijs, tumidoque inflatur carbasus Austro,*	*Ae.* 3.
	Ge. 2.	*Atque alio patriam quærit sub Sole morantem.*	*Ae.* 5.
Moribundo adolescenti loquendi facultatem amissam quandiù peccata confiteri posset à Deo impetrat Raimund. in portu, qui ab incolis appellatur, di Tossa.	*Ae.* 2.	*Iamque propinquabant Portu, qui nomine dictus*	Ge. 3.
	Ge. 3.	*Tussis, ab accessu ventorum immotus, & ingens:*	*Ae.* 3.
	Ae. 1.	*Hinc atque hinc vasto fluctu curuatus in arcum.*	*Ae.* 3.
	Ae. 7.	*Diditur hoc subitò, vectæ longo ordine gentes,*	*Ae.* 8.
	Ae. 1.	*Tendentesque manus, portus, & littora complent.*	*Ae.* 3.
	Ge. 4.	*Huc iuuenem tristi languentem corpore morbo*	Ge. 4.
	Ae. 8.	*Mollibus è stratis genitrix de gente vetusta*	*Ae.* 9.
	Ae. 3.	*Cum fletu, precibusque tulit. Defixus in vno*	*Ae.* 1.
	Ae. 7.	*Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæsit*	*Ae.* 4.
	Ae. 10.	*Tum Pater, ingentem gemitum dans pectore ab imo.*	*Ae.* 1.
	Ae. 2.	*Ecce autem complexa pedes turbata dolore*	*Ae.* 12.
Sine Sacramentorũ fructu ex hac vita migrantem.	*Ae.* 2.	*Hærebat; Patri tendebat territa mater*	*Ae.* 8.
	Ae. 7.	*Iam Iuuenem exanimum, & nil iam cælestibus vllis*	*Ae.* 11.
	Ae. 10.	*Indutum spolijs, externa à sede profectum.*	*Ae.* 7.
	Ae. 4.	*Qualis vbi hiberna mærens Philomela sub vmbra*	Ge. 4.
	Ge. 4.	*Amissos queritur fetus, quos vinitor vuæ*	Ec. 10.
	Ae. 9.	*Sustulit alta petens: qualis cum fessa iuuencum*	Ec. 8.

Per

Ec. 8. *Per nemora, atque altos quærendo bucula montes,* *Ec.* 6.
Ge. 3. *Extremosque ciet gemitus, atque omne querelis* *Ae.* 8.
Ae. 8. *Impleuit nemus, & colles clamore supinos.* *Ge.* 2.
Ae. 6. *Talis erat, tales effudit pectore questus* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Suspirans; atque astra vocat crudelia mater,* *Ec.* 5.
Ae. 6. *Fataque fortunamque, & non tractabile cælum.* *Ae.* 4.
Ge. 1. *Tunc animum Patris strinxit pietatis imago,* *Ae.* 9.
Ae. 11. *Corpus vbi exanimi positum respexit amici:* *Ae.* 9.
Ae. 12. *Ardentesque oculorum orbes ad sidera tollit:* *Ae.* 1.
Ae. 3. *Numina magna vocat, quæ numina voce moueret.* *Ge.* 4.
Ge. 1. *Continuò discussæ vmbræ, & lux reddita menti est,* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Et libertatem fandi, flatusque remittit.* *Ae.* 11.
Ge. 1. *Ille Viro insidias, & crimina noxia cordi,* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Erroresque suos, cæcum scelus omne retexit.* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Qui postquam hæc lætus longæuo dicta Parenti* *Ae.* 3.
Ae. 5. *Rettulit, ora modis attollens pallida miris,* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Ad terram non sponte fluit; cognouit euntem* *Ae.* 12.
Ae. 5. *Et Pater ipse manu magna de more solutum* *Ae.* 3.
Ae. 10. *Sustinuit: tenebris nigrescunt omnia circum* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Exangui, placida qui ibi demum morte quieuit.* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Ipse Pater dictis animos, & pectora mulcet.* *Ae.* 1.
Ae. 8. *Post hinc ad naues graditur, Patriamque reuisit.* *Ge.* 4.

Mos feminarum est, vt in rebus aduersis animo cadant, & fatum, fortunamq; quæ nihil est, conuicijs insectātur.

Aperit Iuuenis animæ suæ vulnera corā Raim.

Moris est, vt Sacerdos porrecta manu peccatorum absolutionem pænitenti impertiat.

D E
DIVI RAIMVNDI
V I T A.

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

BARCINONAE in patria ſua Raimũdus penè ſexagenarius pijs rebus addictus omnes, & ciues, & peregrinos, ſummæ, atque infimæ ſortis homines, & conſolando, & conſilio, & ſanctis precationibus iuuat. A Catholica fide alienas gentes ad bonam frugem reuocat. Redemptorum Ordinem, ſeu Mercedis Diſciplinam pro redimendis captiuis laborantem inſtituit. Dominicani Ordinis Generalis Magiſter Bononiæ abſens, atque inſcius deligitur. Idem Martinum cœnobitam ex ijs, quos Conuerſos appellant, dum rem ſacram peragit, à diuturno, & moleſtiſſimo nefarię libidinis ſtimulo liberat. Alia innumerabilia edit miracula; ſed illud in primis memorabile: Quòd cum Iacobus huius nominis primus Aragonum Rex cum infideli gente bellum gerens. Raimundum in tam graui, & periculoſo negotio conſiliarium, & comitem ſibi aduocaſſet, noluiſſetque ſanctus Vir illius

hominis

hominis Socius esse, qui fœdissima impudicæ mulieris cō-
suetudine contaminatus esset,& esse vellet; nec vllum pre-
cibus,aut admonitionibus locum relinqueret: ille desertū
se, atque abiectum videns ira commotus, Raimundum de
abitu cogitantem, graui pęna nautis constituta, si disce-
dentem nauibus excipiant,inuitum apud se retinere cona
tur. Conatus tamen ille inanis fuit. Nam cum sanctus Pa-
ter de edicto iniquo, & nouo certior factus cōperisset naui
culatores terreni Regis dicto, & edicto audientes; inusita-
tam transmittendi maris rationem init. Chlamydem,qua
protectus erat,exuit,in ęquore disponit,in eamque Crucis
sacræ signo munitus desilit; baculo, tanquam nautico ma-
lo,alteram pallij partem,quæ veli instar esset, religat; tan-
tumque itineris, quantum inter Baleares insulas, & Barci-
nonam interest,ante horam sextam, magna cū nautarum,
socijque,qui sequi noluit,admiratione,conficit. Perfecto
itinere, siccis pedibus, in littus mira celeritate se recipit.
Pallam aquis nulla ex parte aut fœdatam, aut madidam
induit, Cœnobiū petit; cuius postes cū essent vectibus fer
reis occlusi, properanti,atque hominum plausus fugienti
Diuo vltro,nullo recludēte, patuerunt. Diuinæ Maiestati
pro felici ad suos reditu gratias agit.Rex interim huius tā
noui, tamque admirabilis facti nuncio accepto, dolore iu-
xta ac timore affectus,erratum agnoscit,fatetur, lasciuam
mulierem domo abigit, sanctumque Patrem iam ab se,ob
nefarium facinus, abalienatum sibi conciliat.At verò Rai-
mundus iam senio confectus, Beatiss. Virgine Dei matre
reuelante,obitus sui diem cognoscit. Itaque Sacrosancto
Epiphaniæ die sacris mysterijs expiatus,integris sensibus,
corpore quamuis imbecillo, lacrymantibus, fratribus ex
hac mortali custodia ad sempiternæ libertatis gaudia euo

lat:

lat. Egredienti animæ præſtò eſt Deipara Virgo cum innumerabili Angelorum multitudine, eamque aurea immortalitatis corona exornat. Corpus verò, quod Panchæis meſſibus, Sabæiſque mercibus inuidiam faciebat, ſollemni funeris magnificentia elatum honorifico ſepulcro mandatur. Ad quod accedentes valetudine affecta, & afflicta homines, incolumi, & plane confirmato corpore recedunt. Puluis item ex eodem tumulo effoſſus, mirum, quàm multa miracula ediderit. His omnibus veræ ſanctitatis ſignificationibus clariſſimis permotus Clemens VIII. Pontif. Max. frequenti ſacrorum Antiſtitum, purpuratorumque Patrum Senatu, lætiſſimo totius Orbis plauſu, ſollemni Ceremonia Raimundum tanta ſanctitate inſignem Confeſſorum numero adſcribit.

LIBER SECVNDVS.

Ae. 9. *At tu, magne Pater, patrijs vt redditus oris* Ae. 11.
Ec. 2. *Sole sub ardenti, gelidique sub æthe ris axe* Ae. 8.
Ge. 4. *Exultans rorem latè dispergis amoris,* Ge. 3.
Ec. 1. *Et Fontes sacros, inuentaque Flumina monstras.* Ae. 6.
Ae. 1. *Ad te confugiunt miserantem incommoda nostra,* Ae. 8.
Ae. 12. *In te oculos referunt repetentem exempla tuorum* Ae. 11.
Ae. 1. *Fortia facta patrum: dapibus, vinoque sepultos,* Ae. 3.
Ae. 6. *Cælorum immemores, turpique cupidine captos,* Ae. 4.
Ae. 5. *Oblitos decorisque sui, cælestibus auris* Ae. 1.
Ae. 6. *Castigas, audisque dolos, patriæque remittis.* Ae. 11.
Ae. 11. *O fortunatæ gentes, Saturnia regna;* Ec. 4.
Ge. 2. *Non absunt illis fontes, non gramina desunt.* Ge. 2.
Ae. 12. *Tu requies miseris, tu spes, solatia luctus,* Ae. 11.
Ae. 3. *Solamenque mali, casus. tuaque optima facta* Ae. 10.
Ae. 8. *Quid memorem fama totum vulgata per orbem,* Ae. 1.
Ae. 2. *Plurima rapta manu diuerso ex hoste trophæa?* Ge. 3.
Ge. 4. *Si quando ruptis inter se legibus vrbes,* Ge. 1.
Ae. 12. *Illæ inter sese multa vi prælia miscent;* Ge. 3.
Ae. 10. *Per te, componunt leges, & fœdera iungunt.* Ae. 12.
Ge. 2. *Ferrea progenies Libyæ deserta peragrans.* Ae. 1.
Ae. 5. *Progenies truncis, & duro robore nata* Ae. 8.
Ge. 1. *Numina sola colit, tempestatumque potentem* Ae. 1.
Ae. 1. *Agnoscit lacrymans, terras qui numine torquet.* Ae. 4.
Ae. 7. *Molirisque locum, cæloque educere primus* Ae. 10.
Ae. 9. *Contendis, moresque viris, & mænia ponis,* Ae. 5.
Ae. 1. *Matre Dei monstrante viam, data præmia vinclis* Ae. 5.
Ae. 10. *Argento, atque auro nodos qui & vincula rumpant.* Ae. 5.
Ae. 7. *(Relligio Mercedis erit) simul incipit ipse* Ec. 6.
Ae. 8. *Gallus Olympiacæ miratus præmia palmæ;* Ge. 3.

Te

Hic Raimundi multa in homines beneficia paucis enumerantur.

Vitijs addictos redarguit & pœnitentiæ Sacramento expiatos cælestis patriæ sedibus restituit

Triplici humani generis hoste.

Efferatas gentes, & idololatras veri Dei cognitione imbuit.

B. Virgine monitu Redēptorū ordinē, seu vt vocant Religionē Mercedis pro redimēdis captiuis laborātem, instituit, primusq;

huic ordini ad scitus fuit Petrus Nolascus Gallus.

Dominicani ordinis generalis Prefectus Bononiæ absens designatur Raim.

Ae. 6. *Te quoque magna manent; tua terris didita fama;* Ae. 8.
Ae. 1. *Intus agit Deus, atque opera ad maiora remittit:* Ae. 12.
Ae. 7. *Nanque ea diuersa penitus dum parte geruntur,* Ae. 9.
Ae. 3. *Cum socijs, totidemque pares ætate ministri* Ae. 1.
Ae. 9. *Vndique conueniunt (quoniam est excussa Magistro* Ae. 9.
Ae. 8. *Iam tum Relligio) pariles virtutis honore* Culic.
Ae. 6. *Deuenere locum tumulum, sedemque sacratam* Ae. 2.
Ae. 11. *Magni relliquias, diuinique ossa Parentis* Ae. 5.
Ge. 4. *Seruantem. Mussantque patres, hic vndique clamor* Ae. 11.
Ae. 2. *Exoriturque virum; variusque per ora cucurrit* Ae. 11.
Ae. 9. *Rector, cui virtus, animusque in pectore præsens.* Ae. 5.
Ae. 12. *Has inter voces, atque hæc certamina tanta,* Ge. 4.
Ae. 1. *Conueniunt vltro ad cineres, atque ossa Parentis* Ae. 5.
Ae. 12. *Inuictæ Gentes, lætæ Diuumque precantur.* Ae. 8.
Ge. 3. *Post hinc digressis potior sententia visa est,* Ae. 4.

Dominici.

Ae. 5. *(Haud equidem sine mente, reor, sine numine Diui)* Ae. 3.
Ge. 3. *Qua legère Ducem, & pecoris dixere Magistrum* Ae. 9.
Ge. 4. *Te veniente die; magnam cui mentem, animumque* Ae. 6.
Ae. 6. *Spiritus intus alit, torquet qui sidera mundi.* Ae. 9.
Ge. 3. *At tribus exactis spatia in sua quisque recessit.* Ae. 12.
Ae. 10. *Ipse sedens, clauumque regit, lacrymansque, gemensq;* Ae. 11.
Ae. 1. *Iura dabat, legesque viris, ritusque sacrorum;* Ae. 12.
Ae. 7. *Mulcebatque iras, populos in pace regebat;* Ae. 8.
Ae. 1. *Partibus æquabat iustis operumque labores.* Ae. 1.

Biennium Dominicanā Rēp. administrauit Raim.

Ec. 3. *Bis venit exactis completus mensibus Orbis* Ae. 5.
Ae. 5. *Annus, effœtæ frigent in corpore vires;* Ae. 5.
Ae. 5. *Sanguis hebet; vires animi, mutantque vigorem* Ae. 9.
Ge. 2. *Corpora: multum ille & terris iactatus, & alto* Ae. 1.
Ae. 9. *Tandem Concilium magnum, primosque suorum* Ae. 11.
Ae. 11. *Imperio accitos in cœtum littore ab omni* Ae. 5.
Ae. 1. *Alloquitur, tales effundens pectore voces:* Ae. 5.

Aetate ingrauescente Magistratu se abdicat.

Ae. 5. *Dum melior vires sanguis dabat; ipse Magister,* Ae. 5.
Ec. 8. *Dux ego vester eram; potui perferre labores.* Ae. 12.
Ae. 12. *At nunc cedo equidem; sæclis effœta senectus,* Ae. 8.
Ae. 1. *Necnon & genua impediunt, cursumq; recusant.* Ae. 12.

Sic

Ae. 2. *Sic fatus Senior; rerumque reliquit habenas.* Ae. 8.
Ae. 11. *Ingentem gemitum perculsa mente dederunt,* Ae. 9.
Ae. 8. *Extemplò turbati animis, atque ora rigabant* Ae. 9.
Ae. 8. *Vnà omnes; resonat magnis plangoribus æther.* Ae. 4.
Ae. 11. *Tandem cuncta videns cælo constare sereno* Ae. 3.
Ae. 3. *Italiam lætus socijs clam deserit hospes;* Ae. 4.
Ae. 5. *Tutus, quos optat, portus accedit amicos.* Ae. 11.
Ae. 11. *Mœnibus in patrijs Patrem non passibus æquis* Ae. 2.
Ae. 5. *Excipiunt omnes circum clamore frementes,* Ae. 6.
Ae. 2. *Ignari scelerum pueri, innuptæque puellæ* Ae. 6.
Ae. 1. *Ingeminant plausum, voces ad sidera iactant;* Ec. 5.
Ae. 7. *Nomen in astra ferunt magno turbante tumultu.* Ae. 6.
Ae. 5. *It clamor cælo; portisque patentibus omnes* Ae. 2.
Ae. 12. *Longæui, veteris cognoscunt ora Parentis.* Ae. 5.

Raim in patriam reuertẽti magno plausu ciues obuiã procedunt.

Ae. 11. *Nunc ad te, & tua, magne Pater, miracula rerum* Ge. 4.
Ae. 3. *Aggrediar; liceat totum mihi ferre per orbem:* Ec. 8.
Ae. 3. *Ipse canam spolia illa tuis pendentia tectis.* Ae. 5.
Ae. 4. *Sed quis erit modus? aut quò prima exordia sumam?* Ae. 4.
Ec. 7. *Huc ades ò, vocemque volens, atque ora resolue.* Ae. 3.

Miracula Rai.

Suspensas vestes voti causa

Ec. 8. *Improbus ille Puer, quem nec sua flectere mater* Cir.
Cir. *Iratum potuit; qui tela Typhoëa temnit,* Ae. 1.
Ae. 1. *Constitit hic, arcumque manu, telumque tetendit,* Ae. 5.
Ae. 5. *Tandem in Conuersum fugientia dirigit arcu* Ae. 10.
Ec. 10. *Spicula, tum sonitu perque ilia venit arundo,* Ae. 7.
Ae. 7. *Pertentat sensus, & versat in ossibus ignem:* Ge. 3.
Ae. 8. *Sæuus amor miseros morsu depascitur artus:* Ae. 2.
Ae. 4. *Vritur infelix, stridet sub pectore vulnus:* Ae. 4.
Ae. 2. *Hei mihi qualis erat; casu concussus acerbo* Ae. 5.
Ae. 11. *Conuersus, requiemque petit, spatiumque furori,* Ae. 4.
Ae. 11. *Fors & vota facit, nec spes opis vlla dabatur:* Ae. 2.
Ae. 5. *Constituitque Pater misero succurrere Fratri,* Ae. 12.
Ae. 4. *Spemque dedit dubiæ menti, temploque sacrato* Ae. 8.

F. Martinus Conuersus amoris stimulis exagitatus Raimund. precib. liberatur.

Ae. 10. *Totus collucens veste, atque insignibus albis* Ge. 3.
Ae. 3. *Sollemnes tum forte Dapes, mirabile donum* Ae. 1.

Rei sacræ operã dat Raim.

Cælicolum

Ae. 3. *Cælicolum Regis, monimentum, & pignus amoris,* Ae. 5.
Ae. 3. *Sanguinis & sacri pateras libabat ad aras.* Ae. 7.
Ae. 12. *Cum breuiter supera aspectans conuexa precatur:* Ae. 10.

Raim. preces ad Dei filium pro F. Martino

Ae. 8. *Has ex more Dapes, meritosque nouamus honores,* Ae. 8.
Ec. 4. *Cara Dei Soboles, propius res aspice nostras.* Ae. 1.
Ae. 1. *Oramus, prohibe infandas à pectore flammas* Ae. 1.
Ae. 7. *Fratris, tu ferro culpam compesce, priusquam* Ge. 3.
Ge. 3. *Dira per incautum serpant contagia pectus.* Ae. 12.
Ae. 10. *Audijt illa Deus. stimulis agitatus amaris,* Ae. 5.

Planetã vocãt.

Ae. 12. *Et miser à tergo vestes, velamina nota,* Ae. 6.
Ae. 4. *Ipse tenens dextra vidit mirabile monstrum.* Ae. 10.

F. Mart. Raim. rem sacrã peragenti inseruiebat. Sacramentum populo adorãdum.

Ae. 11. *Cum Pater ante aras media inter numina Diuum* Ae. 4.
Ae. 8. *DONA laboratæ Cereris ad sidera tollit,* Ae. 2.
Ae. 7. *Exiguam in Cererem Conuersus lumina solum* Ae. 12.
Ae. 3. *Et multùm lacrymans voluit, totamque pererrat,* Ae. 4.
Ae. 1. *Flagrantesque Dei vultus Infantis amore* Ae. 11.
Ae. 4. *Conspexit, fusos ceruix cui lactea crines* Ae. 10.
Ae. 8. *Accipit, ipse alios inter pulcherrimus omnes.* Ae. 4.

F. Martinus Christũ, quem sub forma infãtis pulcherrimi in Sanctiss. Sacramento videbat, sibi propitium precatur.

Ae. 11. *Haud mora conuersus subita dulcedine motus,* Ae. 11.
Ae. 12. *Flebat, opemque Dei non cassa in vota vocauit:* Ae. 12.
Ae. 12. *Quæ iam finis erit, Rex omnipotentis Olympi?* Ae. 12.
Ae. 5. *Quis furor iste nouas fixit sub pectore tædas?* Ae. 7.
Ae. 7. *Sæuit amor, dirumque nefas in pectora versat,* Ae. 4.
Ec. 2. *Eheu quid volui misero mihi, turbidus atra* Ae. 11.
Ge. 3. *Dum medicas adhibere manus ad vulnera quæro?* Ae. 11.
Ae. 10. *Nil validæ iuuere manus, vsusque medendi;* Ae. 12.
Ae. 12. *Viribus haud vllis valui depellere pestem.* Ae. 9.
Ae. 11. *Da, Pater, vt cæci stimulos auertere amoris* Ge. 3.
Ae. 6. *Sit mihi fas (audi) vulnus, teliq; latebram* Ae. 12.
Ae. 12. *Rescindas: hæc sit nostri medicina furoris.* Ec. 10.

F. Martinus liberatur.

Ae. 6. *Talibus orabat: flammæ, atque incendia vires* Ae. 5.
Ae. 5. *Deponunt; iaculum frater de corpore raptum,* Ae. 10.
Ae. 12. *Defecisse videt veteris vestigia flammæ.* Ae. 4.
Ae. 4. *Improbe Amor, cœptum frustra submitte furorem,* Ae. 12.

Aurea, sed læthalia.

Ae. 6. *Projce tela manu, dirum genus, aurea conde* Ae. 6.

Spicula

Ge. 4. *Spicula, Amazoniam pharetram plenamque sagittis.* Ae. 5.
Ae. 6. *Natus, & ipse Dei rerumque, hominumque repertor* Ae. 12.
Ae. 12. *Vlterius tentare vetat: nunc desere fratrem.* Ae. 10.
Ge. 3. *Cetera facta Patris, series longissima rerum,* Ae. 1.
Ec. 10. *Carmine sunt dicenda, sequar fastigia rerum.* Ae. 1.
Ae. 7. *Partibus infernis ad lumina surgere vitæ* Ae. 7.
Ae. 3. *Turba sonans, animas iterumque ad tarda reuerti* Ae. 6.
Ae. 7. *Corpora, multa virum manifesto lumine vidit.* Ae. 4.
Ae. 12. *Semineces multi tollunt se in luminis auras,* Ge. 2.
Ae. 3. *Sed votis, precibusque Viri: transfixa dolore* Ae. 11.
Ge. 3. *Corpora, præcipuè matrum, per membra quietem* Ae. 8.
Ge. 1. *Accipiunt: possunt paruos educere natos* Ae. 8.
Ae. 5. *Ipsæ iam matres: ipsis, quibus improba ventris* Ae. 2.
Ae. 3. *Clausa domus, pendent dulces circum oscula nati.* Ge. 2.
Ec. 5. *O quoties, & qua est affatus voce Parentem* Ge. 4.
Ae. 12. *Agminis Aligeri demissus ab æthere summo* Ae. 12.
Ae. 12. *Egregius forma Iuuenis, & luce coruscus!* Ae. 2.
Ae. 6. *Sæpius hic, nox cum terras obscura teneret,* Ae. 4.
Ae. 2. *Excussit somno laxantem membra quiete,* Ae. 5.
Ae. 5. *Hortatusque Virum euerso succurrere sæclo* Ge. 1.
Ae. 8. *Supplicibus votis, precibusq; exposcere pacem.* Ae. 3.
Ae. 3. *Haud secus ac iussus faciebat noctis in vmbra.* Ae. 9.
Ae. 7. *Multaq; præterea Frater, dum vita manebat,* Ae. 6.
Ae. 8. *Edidit, ast alijs post commemoranda relinquo.* Ge. 4.
Ge. 2. *Quid tantum Oceano domitor maris edidit alto,* Ec. 5.
Ge. 4. *Expediam, prima repetens ab origine factum.* Ae. 12.
Ae. 10. *Matura iam luce dies reuoluta ruebat,* Ae. 10.
Ae. 3. *Qua Pater omnipotens, medijsq; in millibus ardens* Ae. 1.
Ae. 10. *Filius æqualis, comitatus Flamine Sancto* Ae. 8.
Ae. 3. *Iam super ætherias errare licentius auras* Ae. 7.
Ae. 8. *Concessere, deum cæloque in parte locarunt* Ae. 12.
Ae. 9. *Astrorumq; decus, patriæ Dominamque potentem* Ae. 6.
Ae. 3. *Sidereæ, radijs ardentem lucis, & auro.* Ae. 7.
Ae. 8. *Forte die sollemni illo Rex semper Iaco* Ec. 6.
Ae. 11. *Inuictus qui animo, insignis præstantibus armis* Ae. 11.

Raimundi nō nulla miracula hic summatim recensentur.

Ab Angelo frequenter è somno excitatur & ad orādum inuitatur Rai.

Raimundus,

Miraculum insigne traiecti maris à Raim.

Dies B. Virgini in cælum assumptæ consecratus.

Mariam cæli Reginam.

Iacobus Aragonum Rex huius nominis primus.

Cogere

Ae. 11. *Cogere concilium iussit: rapidisque feruntur* Ae. 7.
Ae. 7. *Passibus ingenti per regia tecta tumultu* Ae. 11.
Ae. 3. *Primates, mediisque siti sunt sedibus omnes;* Culic.
Ge. 4. *Et circum Regem varia cinxere corona;* Ae. 11.
Ae. 8. *Inde alij proceres. solio consedit auito* Ae. 7.
Ae. 9. *Rex idem chlamyde, & pictis conspectus in armis.* Ae. 8.
Ae. 7. *Atque hæc ingressis effudit pectore dicta:* Ae. 7.

Vna ex insulis Balearibus vulgò Maiorica appellata.

Ae. 3. *Sacra mari colitur medio Maiorque videtur* Ae. 6.
Ae. 3. *Nereidum matri, fluctu suspensa tumenti,* Ae. 7.
Ae. 2. *Insula, diues opum, tuto placidissima portu.* Ae. 3.
Ae. 8. *Hanc multos florentem annos acerrimus armis* Ae. 8.

Saracenus, seu Maurus ex Africa, vnde Auster exoritur, profectus: Iacobi regnum vexabat.

Ae. 8. *Imperio sæuus tenuitque nigerrimus Auster,* Ae. 5.
Ae. 11. *Seditione potens, genus intractabile bello,* Ae. 1.
Ae. 7. Contemptor diuum, ante alios immanior omnes. Ae. 1.
Ae. 10. *Quid repetam infandas cædes, quid facta Tyranni?* Ae. 8.
Ae. 11. *Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.* Ae. 3.
Ae. 11. *Arduus assurgens in me, excidiumque meorum,* Ae. 8.
Ae. 2. *Fertur in arua furens, vastat cultoribus agros,* Ae. 8.
Ae. 7. Conuectare iuuat prædas, & viuere furto. Ae. 4.
Ae. 12. *Vna superstitio, veterumque ignara deorum* Ae. 8.

Hispaniam.

Ae. 4. *Extremam Hesperiam penitus sua sub iuga mittet?* Ae. 8.
Ae. 1. *Non nos in ferrum pro libertate ruemus?* Ae. 8.
Ae. 3. Cernimus astantem medium in penetralibus hostem? Ae. 2.
Ae. 11. *Nec cessat turbare metu? semperque recenti* Ae. 8.
Ae. 8. Cæde tepebit humus? pendebunt pallida tabo Ae. 8.
Ae. 2. *Corpora natorum, foribusque affixa superbis?* Ae. 8.
Ae. 2. *Non ita: namque etsi concurrant vndique telis* Ae. 7.
Ae. 1. *Gens inimica mihi Stygijs emißa tenebris:* Ge. 3.
Ae. 7. *Multi nos populi; sunt nobis fortia bello* Ae. 8.
Ae. 6. *Corpora, sunt animi, & rebus spectata Iuuentus:* Ae. 8.
Ae. 9. *Arma ferunt Italæ classes, populique Latini* Ae. 7.
Ae. 7. *Agmina densantur ducibusque, & viribus æquis.* Ae. 10.
Ae. 10. Hic finis fandi, & quæ sit sententia posco. Ae. 3.

Omnes vno ore Regis consilio subscribūt.

Ae. 3. *Omnibus idem animus Harpyias pellere regno;* Ae. 3.
Ae. 2. *Vlcisci patriam, & sceleratam perdere gentem;* Ae. 7.

Hæc

Ae. 3. *Hæc vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,* Ae. 7.
Ae. 8. *Tum Rex armari classem, cursumque parari* Ae. 4.
Ae. 7. *Imperat, & ventis intendere vela secundis.* Ae. 3.
Ae. 10. *Tela inter media, atque horrentes Marte tumultus,* Ae. 11.
Ge. 1. *(Septima post decimam spargebat lumine terras,* Ae. 4.
Ge. 4. *Obscuramque Aurora polo dimouerat vmbram)* Ae. 3.
Ae. 5. *Princeps ante omnes defessum ætate Parentem;* Ae. 2. Raimūdū, quo
Ae. 10. *Qui sibi conciliat nubes, solemque reducit;* Ae. 1. Patre à sacris confessionib.
Ae. 6. *Intra tecta vocat. Bellum cum gente gerendum* Ae. 3. Rex vtebatur.
Ae. 9. *Nigranti; magno quæ sit sententia bello,* Ae. 11.
Ge. 2. *Assuetumque malo, raptas ab littore prædas,* Ae. 1.
Ae. 1. *Terram inter fluctus aperit, crudele Tyranni* Ae. 1. Insulam, quæ
Ae. 11. *Hospitium, turmas, & sese ostendit in armis.* Ae. 5. vndique mari alluitur.
Ae. 5. *Delegit Comitem sanctum certamine Patrem!.* Ae. 5. Rex sibi Raim.
Ae. 1. *Rex erat indigno Nisæ deceptus amore,* Ec. 8. comitem adiū git.
Cir. *Atque vnam ex multis, qui sese in bella sequantur,* Ae. 8.
Ae. 6. *Addiderat sociam; non ille oblitus amorum* Ae. 5.
Ae. 1. *Matris Acidaliæ; rupitque hanc pectore vocem* Ae. 3.
Ae. 6. *Tum Pater: O fama ingens, ingentior armis,* Ae. 11. Admonet Regem Raim. vt
Ae. 7. *Stant belli causæ, veniam quocunque vocaris,* Ec. 3. turpissimam
Ae. 2. *Tu modò promissis maneas: Lasciua puella,* Ec. 3. amicæ consue tudinem decli
Ae. 7. *Egregium Veneris genus, & tua maxima cura,* Ge. 4. net.
Ae. 4. *Femina, quæ ventis, volucrique simillima somno* Ae. 6.
Ae. 4. *Mobilitate viget, pesti deuota futuræ,* Ae. 1.
Ae. 10. *Fallit te incautum: nimium ne crede colori.* Ec. 2.
Ae. 2. *Hanc tu, Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas,* Ae. 6. Qui sæpè arte confictus est.
Ae. 4. *Aspicis? & bellare paras? atque hæc tibi mens est?* Ae. 8.
Ae. 5. *Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?* Ec. 2.
Ge. 3. *Tu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.* Ae. 3. Inferorum lit
Ae. 4. *Pro re pauca loquar, sceleratum insistere limen* Ae. 6. tus.
Ae. 6. *Nulli fas casto; patet isti ianua leto.* Ae. 2.
Ae. 2. *Attrectare nefas Veneris monumenta nefandæ.* Ae. 6.
Ae. 6. *Olli sic breuiter fatur Rex: nostra relinquat* Ae. 11. Moneti Raim,
Ae. 1. *Hospitia ille domus & inextricabilis error.* Ae. 6. morem gerit, Princeps.
Ge. 4. *Hinc abeat, longeque ignotis exulet oris.* Ge. 3.

Ae. 5. *Ille autem: cane vota libens, Dominumque potentem* Ae. 3.
Ae. 4. *Tu modò posce Deum veniam, tu munera supplex* Ge. 4.
Ge. 4. *Tende petens pacem votis; iramque, minasque* Ae. 8.
Ae. 3. *Supplicibus supera donis, populosque feroces* Ae. 7.
Ae. 1. *Contundes, gentem haud vinclo, nec legibus aequam;* Ae. 7.
Ae. 6. *Victor ages currum caesisque procacibus Austris.* Ae. 1.
Ae. 4. *Perge, sequar. Tunc sic excepit regius Heros:* Ae. 3.
Ec. 1. *En quod vis, & me victusque, volensque remitto.* Ae. 12.

Expeditio in Saracena.

Ae. 5. *Vix haec ediderat: equites ex vrbe Latina,* Ae. 9.
Ge. 4. *Magnanimosque duces ingentes pectore, & armis,* Ae. 11.
Ae. 4. *Ductoresque alios ad sese in tecta vocauit.* Ae. 7.
Ae. 3. *Tunc sic affari: Cum primùm crastina caelo* Ae. 12.
Ge. 3. *Purpureis inuecta rotis Aurora rubebit,* Ae. 12.
Ec. 10. *Florentes vos vnanimes densate cateruas.* Ae. 12.
Ae. 12. *Nec plura effatus, magnus se tollit in auras* Ae. 11.
Ae. 7. *Hic clamor, totis per propugnacula muris* Ae. 9.
Ae. 9. *It: Lux cum primùm terris se crastina reddet,* Ae. 8.
Ae. 5. *Cuncti animos aptent armis, pugnaeque parent se* Ae. 10.
Ae. 9. *Armati ferro, & pelagi petere alta parabunt.* Ae. 9.
Ae. 3. *Sol ruit interea, caelumque obtexitur vmbra;* Ae. 11.
Ae. 8. *Instaurant epulas; laeti conuiuia curant;* Ge. 1.
Ae. 7. *Crateras laeti statuunt, pinguisque ferinae* Ae. 1.
Ae. 8. *Viscera tosta ferunt, hilarant conuiuia Baccho:* Ec. 5.
Ae. 1. *Tergora diripiunt costis, Bacchumque ministrant:* Ae. 8.
Ae. 1. *Implentur. placida laxarunt membra quiete,* Ae. 5.
Ae. 1. *Postquam exempta fames epulis, noctisque per vmbras* Ge. 1.
Ae. 5. *Intenti expectant signum, quod protinus omnes* Ae. 7.
Ae. 8. *Excitet, aeratasque acies in praelia cogat;* Ae. 9.
Ge. 1. *Saepe etiam somnos abrumpit cura salubres.* Ge. 3.
Ae. 2. *Iamque dies primo stellas oriente fugarat,* Ae. 5.
Ec. 2. *Cum tuba terribilem sonitum procul aere canoro* Ae. 9.
Ae. 9. *Increpuit, subitò & caelum tonat omne fragore;* Ae. 9.
Ae. 7. *Agmina in arma vocat, florentes aere cateruas.* Ae. 8.
Ae. 6. *Illa vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes* Ae. 5.
Ae. 5. *Haud mora prosiluere suis, pulcherrima bello* Ae. 7.

Exultans

Ae. 2. *Exultans telis iuuenum manus emicat ardens :* *Ae.* 6.
Ae. 2. *Ductores auro effulgent, ostroque decori:* *Ae.* 5.
Ae. 12. *Infrænant alij currus ; pars missile ferrum* *Ae.* 12.
Ae. 9. *Corripiunt ; clypeos & spicula lucida tergent.* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Hic galeam tectis trepidus rapit, ille furentes* *Ae.* 10.
Ae. 7. *Ad iuga cogit equos, loricam ex ære rigentem* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Induitur, lateri fidoque accingitur ense.* *Ae.* 7.
Ge. 4. *Ipsi per medias acies insignibus altis* *Ae.* 3.
Ae. 8. *Procedunt, magnisque vocant clamoribus hostem :* *Ge.* 4.
Ae. 4. *Ac circa Regem , atque ipsa ad prætoria densi* *Ge.* 4.
Ae. 9. *Accelerant, pulsuque pedum tremit excita tellus.* *Ae.* 7.
Ae. 9. *Sternitur omne solum telis; ferit æthera clamor.* *Ae.* 5.
Ae. 7. *Ipse inter primos præstanti corpore Iaco* *Ec.* 7. **Iacobus Rex.**
Ae. 9. *Pictus acu chlamydem, clypeumque, auroque trilicem* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Loricam induitur; ferrata calce fatigat* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Quadrupedemque citum; surgunt de vertice pennæ,* *Ae.* 10.
Ae. 4. *Inceditque animos, horrendumque intonat armis.* *Ae.* 12.
Ae. 4. *Principiò delubra adeunt, superosq; precantur* *Ae.* 5. **Primum quæri te, regnũ Dei.**
Ae. 8. *Armati ante aras; adolescunt ignibus aræ.* *Ge.* 4.
Ae. 12. *Ingens ad terram duplicato poplite lumen* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Extulit, effuditq; preces Rex pectore ab imo :* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Omnipotens, qui bella, Pater, sub numine torques,* *Ae.* 12. **Deus qui conteris bella.**
Ae. 10. *Cernis, vt insultent hostes, & Marte secundo* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Omnia discerpant; proras ad littora torquent,* *Ae.* 3.
Ae. 4. *It Nigrum campis agmen, prædamque reponit.* *Ge.* 3.
Ae. 10. *Tu nunc hoc nostris aboleri dedecus armis* *Ae.* 11.
Ae. 3. *Da, Pater omnipotens, precibus si flecteris vllis.* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Talibus orabat: media testudine templi* *Ae.* 1.
Ae. 12. *Vertice se attollit Pater, & simul incipit ore :* *Ae.* 12. **Raimundus.**
Ae. 10. *Bella sequi, aut hostem regem detrudere regnis,* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Si sine pace Dei, atque inuito numine aguntur,* *Ae.* 12.
Ae. 10. *Exitium magnum est, nec habet victoria laudem,* *Ae.* 2.
Ec. 5. *Ergo obtestemur, veniamque oremus ab ipso,* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Nanque dabit veniam votis, irasque remittet.* *Ge.* 4.
Ae. 10. *Sic fatus, cælo palmas cum voce tetendit :* *Ae.* 2.

Raimūdi preces ad Deum.

Ae. 11. *Armipotens belli Præſes, qui fulmine ad vmbras,* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Pallentes vmbras Erebi per inane coacta* *Ec.* 6.

Angelos rebelles, qui Duce Lucifero Dei honorem affectarunt.

Ae. 12. *Agmina, quæ manibus magnum reſcindere cælum* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Aggreßa, & ſuperos conata laceſſere bello* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Turbaſti, & tales voluiſti expendere pœnas:* *Ae.* 10.
Ae. 2. *Hoſtis in arma viros, armis circundatus ipſe* *Ae.* 9.
Ge. 3. *Sollicitat, ſæuitque animis ignobile vulgus* *Ae.* 1.
Ae. 2. *Nos contra, varijsq; acuunt rumoribus iras.* *Ae.* 9.
Ae. 11. *Imus in aduerſos, pacem te poſcimus omnes.* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Vultu quo cælum, tempeſtatesque ſerenas,* *Ge.* 1.
Ae. 2. *Aſpice nos, pugnæ Princeps, tu rite propinques* *Ae.* 10.
Ae. 7. *Auxilium, placidusque iuues, & ſidera cælo* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Dextra feras. Dixit; ſequitur tum cetera pubes;* *Ae.* 7.
Ae. 10. *Cælicolæ magni, ſi quid pietate meremur,* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Et noſtras audite preces, ſpirate ſecundi;* *Ae.* 3.
Ae. 2. *Auxilioque leuate viros, arcete periclis.* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Audijt Omnipotens, cæli de parte ſerena* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Intonuit læuum; vibratus ab æthere fulgor* *Ae.* 8.
Ae. 8. *Cum ſonitu venit. tremere omnia viſa repente.* *Ae.* 3.
Ae. 9. *Agnouere Deum proceres, diuinaque ſigna.* *Ge.* 3.

Raimundus.

Ae. 8. *Conſurgit Senior, meritosque indicit honores.* *Ae.* 3.
Ae. 7. *At Rex ſollicitus monſtris dare claſſibus Auſtros* *Ae.* 3.
Ae. 11. *Imperat; atque animis, & ſpe iam præcipit hoſtem.* *Ae.* 11.
Ae. 8. *Exin ſe cuncti diuinis rebus ad arma* *Ae.* 12.
Ae. 8. *Perfectis referunt. it clamor, & agmine facto* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Corripuere viam, pelagique ad littora tendunt.* *Ae.* 2.

Raimundo fidiſſimo conſiliario.

Ae. 8. *Rex prior ipſe vno graditur comitatus Achate;* *Ae.* 1.
Ae. 12. *Magnanimique duces, equitumque exercitus omnis* *Ae.* 11.
Ae. 7. *Inſequitur, nimbus peditum, clypeataque turba:* *Ae.* 11.
Ae. 4. *Littora deſeruere; latet ſub nauibus æquor:* *Ae.* 3.
Ae. 3. *Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes.* *Ae.* 5.
Ae. 4. *Nox erat, & tacitæ per amica ſilentia Lunæ* *Ae.* 2.
Ae. 1. *Vela dabant læti, & campos ſalis ære ſecabant.* *Ae.* 10.
Ae. 3. *Iam medio apparet fluctu quæſita per vndas* *Ae.* 10.

Ex Balearibus Maior.

Ae. 8. *Inſula, iamq; dies primo ſurgebat Eoo.* *Ae.* 4.

Obuertunt

Ae. 6. *Obuertunt pelago proras; stant littore puppes.* *Ae.* 3.
Ae. 1. *Egressæ optato potiuntur littore gentes.* Ge. 3.
Ae. 3. *Disponunt enses, & sæua sonoribus arma.* *Ae.* 9. Tormenta manuaria.
Ae. 2. *Primus ibi ante omnes ferrugine clarus, & ostro* *Ae.* 11.
Ae. 3. *Rex (habilis lateri clypeus, loricaque tergo est)* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Fertur equo, varijsque instigat vocibus omnes:* *Ae.* 5.
Ae. 10. *Aere caput fulgens socios simul instruit armis.* *Ae.* 3.
Ae. 8. *Iamque adeo campis exercitus ibat apertis:* *Ae.* 9.
Ae. 1. *Rex erat agmen agens, magnique ipse agminis instar.* *Ae.* 7.
Ae. 8. *Puluerеam nubem, ac tenebras insurgere campis* *Ae.* 9.
Ae. 1. *Prospiciens, summa conclamat mole Caicus:* *Ae.* 9. Speculator.
Ae. 9. *Quis globus, ò ciues, caligine, turbine nigro* Ge. 1.
Ae. 6. *Eripuit subitò nobis cælumque, diemque?* *Ae.* 1.
Ae. 3. *Omnia collustrans, fumantes puluere campos* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Prospexi, sonitumque pedum, vocemque tremisco.* *Ae.* 3.
Ge. 1. *Ecce inimicus atrox, date tela, scandite muros:* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Arma viri, ferte arma; animumque accendit in hostes.* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Tum verò ad vocem Lunatis agmina peltis* *Ae.* 1.
Ge. 4. *Cum clamore ruunt magno defendere muros;* *Ae.* 12.
Ae. 3. *Armatumque cauis expectant turribus hostem.* *Ae.* 9.
Ae. 10. *At parte ex alia stetit acri fixa dolore* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Intentos voluens oculos lasciua Capella,* Ec. 2. Regis amica.
Ae. 2. *Vidit vt æquatis classem procedere velis.* *Ae.* 4.
Ge. 3. *Ardentes perfusa genas, cui plurimus ignem* *Ae.* 12.
Ge. 2. *Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,* *Ae.* 12.
Ge. 3. *In furias, ignemque ruit. Prò Iuppiter, ibit* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Rex, ait, & toties iam dedignata maritos* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Sola domo mærens vacua hac inuisa relinquar?* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Hìc, crudelis amor, potuisti linquere solam?* *Ae.* 9.
Ge. 3. *Ingrate, extremum hoc miseræ das munus amanti?* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Nec te noster amor, nec te data dextera mouit?* *Ae.* 2.
Ae. 9. *Crudelis, mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui.* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Extinctus pudor est: iam nunc tua præmia, Nisa,* *Ae.* 9.
Ae. 10. *Aspice. nunc pœnas inimico à Fratre recepi:* *Ae.* 4. Raimundo.
Ae. 11. *Regis hic inflexit sensus, animumque labantem.* *Ae.* 4.

	Ae. 7. *Heu quid agam? rursusnè procos irrisa priores*	*Ae.* 4.
	Ae. 5. *Experiar? populo Regem, belloque superbum*	*Ae.* 1.
	Ge. 3. *Prosequar, & supplex animos submittere amori*	*Ae.* 4.
	Ge. 1. *Depresso incipiet, mentis soluetq; pudorem*	*Ae.* 4.
	Ge. 3. *Dulcibus ille quidem illecebris, non immemor artis*	Ge. 4.
	Ge. 2. *Auxilium veniet: quid non speremus amantes?*	Ec. 8.
Bona mulier.	*Ae.* 1. *His accensa super per magnos Nisa penates,*	*Ae.* 9.
Mentitur faciẽ colore conquisito.	Ge. 2. *Purpureis frontem moris, & tempora pingit:*	Ec. 6.
	Ae. 7. *Tecti auro fuluum crines nodantur in aurum:*	*Ae.* 4.
	Ge. 2. *Plurimus obtorti per collum it circulus auri,*	*Ae.* 5.
	Ec. 6. *Et picturatas auri subtegmine vestes*	*Ae.* 3.
Caudata veste.	Ge. 2. *Fert; gradiens ima verrit vestigia cauda.*	Ge. 3.
Sic.n.appellantur feminæ meritoriæ.	*Ae.* 7. *Vipeream inspirans animam formosa Iuuenca*	Ge. 3.
	Ae. 4. *Luminibus tacitis amens ad littora tendit;*	*Ae.* 2.
	Ae. 7. *Arma inter, Regem perq; horrida castra secuta est.*	Ec. 10.
	Ae. 9. *Regem adit, & Regis, flammantia lumina torquens,*	Ge. 3.
	Ae. 1. *Iam resides animos tentat prauertere amore.*	*Ae.* 1.
	Ae. 9. *Princeps ardentem tumulo speculatus ab alto,*	*Ae.* 11.
	Ae. 10. *Obuius ire parat; dictis affatur amicis;*	*Ae.* 8.
	Ae. 8. *Accepitq; manu; noctem non amplius vnam*	*Ae.* 1.
	Ae. 8. *Accepit solitam flammam, notusque per artus*	*Ae.* 2.
	Ae. 2. *Sudor ijt; Venerem segnis, nocturnaq; bella*	*Ae.* 11.
	Ae. 11. *Congeminat, decorisque sui, sociumque salutis*	*Ae.* 5.
	Ae. 3. *Oblitus, curas venientem extendit in annum.*	Ge. 2.
Raimundum.	*Ae.* 1. *Nec latuere doli Fratrem, iam nota voluptas,*	Ge. 3.
	Ae. 5. *Qui sic affatur Regem, atque ita turbidus infit:*	*Ae.* 12.
Raim. Regem denuo peccantẽ redarguit.	*Ae.* 4. *Dissimulare etiam sperasti cuncta videntem*	*Ae.* 9.
	Ae. 4. *Posse nefas? tibi Rex fuerint quæcunque fatebor,*	*Ae.* 2.
	Ae. 6. *Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque tremendum*	*Ae.* 2.
	Ae. 6. *Eumenidum aspicies: fundo voluuntur in imo,*	*Ae.* 6.
	Ae. 2. *Limosoque lacu non æquo fœdere amantes,*	*Ae.* 4.
	Ae. 9. *In vada præcipitant nantes in gurgite vasto.*	*Ae.* 1.
	Ec. 3. *Infelix, toties quæ mentem insania mutat?*	*Ae.* 12.
	Ae. 4. *Non seruata fides, nec sic ad prælia veni.*	*Ae.* 10.
	Ae. 12. *Ille caput quassans dictis ita farier infit:*	*Ae.* 11.

Ae. 7. *Ne tantos mihi finge metus; muliebribus armis* *Ae.* 11.
Ec. 10. *Omnia vincit Amor, notum quid fœmina possit.* *Ae.* 5.
Ae. 8. *Tum Pater; heu regni, rerumque oblite tuarum,* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Quid mea dicta negas duras demittere in aures?* *Ae.* 4.
Ge. 2. *Inconcessus Amor noto te macerat igne:* Cir.
Ae. 9. *Nota nimis miseris Veneris nec præmia noris?* *Ae.* 4.
Ge. 1. *Scilicet & tempus veniet, cum crimina discet* *Ae.* 6.

Dies nouissimus.

Ae. 1. *Qui mare, qui terras omni ditione refrenat;* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Obseruans oculis prisca vestigia fraudis,* Ec. 4.
Ae. 1. *Et genus inuisum flamma crepitante cremabit* *Ae.* 7.
Ae. 10. *Omnibus est vita breue, & irreparabile tempus,* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Alitibus linquère feris, te triste manebit* *Ae.* 7.
Ge. 4. *Exitium, votisque Deum venerabere seris.* *Ae.* 7.

Sera pœnitentia rarò frugifera.

Ae. 3. *Talia fundebat; sed nullis ille mouetur* *Ae.* 4.
Ge. 3. *Ictibus, aut voces vllas tractabilis audit.* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Vt Regem tali persensit peste teneri,* *Ae.* 4.
Ae. 10. *(Cælicolæ, talem terris auerti te pestem)* *Ae.* 3.
Cir. *Ipse Pater, gemuitque, deditque has pectore voces:* *Ae.* 11.
Ae. 12. *Ista quidem quia nota mihi tua magna libido;* Cir.
Culic. *Digredior nunquam rediturus. Vesper Olympo* Ec. 6.
Ae. 8. *Deuexo interea propior fit: certus eundi* *Ae.* 4.
Ae. 1. *Iam Pater incubuit stratis, somnosque petiuit,* *Ae.* 7.
Ae. 4. *Et sedet hoc animo scelerata excedere terra,* *Ae.* 3.
Ae. 3. *Linquere pollutum hospitium, patriosque penates,* *Ae.* 2.
Ae. 7. *Vel mare per medium, dulcesque reuisere nidos.* Ge. 1.
Ae. 7. *Luminaque ætherei spectans orientia solis* *Ae.* 8.
Ae. 6. *Ille viam secat ad naues socio comitatus.* *Ae.* 4.
Ae. 7. *Cum Princeps mediis tandem decedere campis* Ge. 4.
Ae. 5. *Vidisset tristis confectum ætate Parentem,* *Ae.* 4.
Ae. 5. *Constituit nautis, mortem præsensque minatur;* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Fratres ne in patriam ventosa per æquora vectent.* Ge. 1.

Edicit Rex nautis ne Raimundum, & socium nauibus in patriam traducant.

Ae. 3. *Haud secus ac iussi faciunt; portusque tenebant* *Ae.* 9.
Ae. 7. *Tum gemini Fratres: surgit Palinurus, & omnes* *Ae.* 3.
Ae. 5. *Consurgunt nautæ, magnique haud mollia iussa* Ge. 3.
Ae. 7. *Certatim Regis, pœnasque in littore pandunt.* Ge. 1.

Edictum nautæ Diuo ostendunt.

Ae. 6. Tum Pater incensus dictis senioris amici, *Ae.* 5.
Ae. 11. Ite, ait, egregio Regique hæc dicite vestro: *Ae.* 1.

Deus dominatur potestati maris.

Ae. 1. Non illi imperium pelagi; regnator aquarum *Ae.* 8.
Ae. 12. Est Pater omnipotens, euertit qui æquora ventis, *Ae.* 1.
Ae. 1. Luctantes ventos, tempestatesque malignas *Ae.* 6.
Ae. 1. Imperio premit, ac vinclis, & carcere cæco. *Ae.* 12.
Ae. 11. Talibus exarsit dictis, portumq; reliquit. *Ae.* 7.
Ae. 3. Verùm vbi nulla datur sulcans maria alta carina, *Ae.* 10.
Ae. 3. Cum Socio scopulum interea conscendit, & omnem *Ae.* 1.

Inusitatã traijciendi maris init rationem.

Ae. 1. Prospectum latè pelago petit: inde repente *Ae.* 8.
Ae. 4. Nigrantem ex humeris duplicem reiecit amictum; *Ae.* 5.
Ae. 4. Demissum ex humeris, medijs exponit in vndis: *Ae.* 10.

Ligneã Crucẽ cũ Christi Saluatoris simulacro manu gerebat Raim.

Culic. Et validum dextra Truncum (stat vertice CHRISTVS *Ae.* 6
Ae. 12. Arboris obnixus trunco, quo maxima motu *Ge.* 1
Ge. 1. Terra tremit, curuis immugijt Aetna cauernis, *Ae.* 3.
Ae. 3. Sol caput obscura nitidum ferrugine texit.) *Ge.* 1.
Ae. 2. Corripuit, sacram effigiem, venerabile Lignum. *Ae.* 12.
Ae. 12. Tum sic affatur Regem, regumque Parentem: *Ae.* 6
Ae. 4. Regnator cæli, mea magna potentia solus, *Ae.* 1
Ae. 6. Tot maria intraui duce te, portuque subiui. *Ae.* 3.
Ae. 11. Nunc etiam horribilis vastum maris æquor arandum; *Ae.* 2.
Ae. 6. Insuetum per iter pelago da vela patenti: *Ge.* 2.
Ec. 4. Te duce tam magni tranabo gurgitis vndas. *Cir.*
Ae. 12. Dixit; opemque Dei non cassa in vota petiuit; *Ae.* 8.
Ge. 4. Exultans & se iactu dedit æquor in altum *Ge.* 4.
Ae. 2. Veste super: stantem tergo, & propiora tenentem *Ae.* 5.

Socium vt sequatur, admonet Raim.

Ae. 10. Vt vidit socium fixum, immotumque sedere: *Ae.* 4.
Ae. 9. Acceleremus, ait, nam quæ tam sera moratur *Ae.* 2.
Ae. 2. Segnities? quæ tanta animis ignauia venit? *Ae.* 11.
Ae. 3. Ast ille ignoto sese committere ponto *Ge.* 3.
Ae. 2. Abnegat, in curasque animus diducitur omnes. *Ae.* 5.
Ae. 6. Tum Pater ingressus medium procedit in æquor; *Ae.* 10.

Socius, quòd Raimundum nõ sit secutus, dolet.

Ae. 6. Quem socius tali fugientem est voce secutus: *Ae.* 1.
Ae. 5. Quòd diuersus abis? & me rape in omnia tecum: *Ae.* 2.
Ec. 8. Fer dextram misero, & tecum me tolle per vndas. *Ae.* 6.

Hoc

Ae.12. *Hoc dicens animo nunc huc, nunc fluctuat illuc,* Ae.10.
Ae.10. *Fluctibus an iaciat medijs, ad tecta reducat* Ge. 4.
Ae.10. *An sese; lacrymas verba inter singula fundit;* Ae. 3.
Ae.11. *Multaque se incusat, qui non acceperit ante,* Ec. 6.
Ae. 5. *Haud mora, consilia, & cari præcepta Parentis.* Ae. 5.
Cir. *Ipse Pater (placidi strauerunt æquora venti)* Ae. 5.
Ae. 5. *Cæruleo per summa leuis volat æquora amictu:* Ae. 1.
Ae.12. *It mare per medium, ventusque aspirat eunti;* Ae. 5.
Ge. 3. *Nec vanos horret strepitus; & plurima turba* Ae. 6.

Secūdo vento vtitur Raim. in hac mirabili nauigatione.

Ae. 7. *Attonitis inhians animis prospectat euntem.* Ae. 7.
Ae. 6. *Ibat ouans vasti circum gens humida ponti;* Ge. 4.
Cir. *Miratur pater Oceanus, mirantur & vndæ* Ae. 8.
Ae. 8. *Pandentemque sinus, & tota veste natantem,* Ae. 5.
Ae. 7. *Vorticibus rapidis, & littora nota petentem:* Ae. 3.
Ae. 4. *Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustrat,* Ae. 2.
Ae. 3. *Iam medium cæli conscenderat igneus orbem:* Ae. 8.
Ae. 9. *Cum Iouis excelso miratus vertice montis* Ae. 5.
Ae. 5. *Aduentum, sociamque ratem, & socia agmina credens* Ae. 2.
Ae.12. *Extemplo signum specula Misenus ab alta* Ae. 3.
Ae. 3. *Aere cauo immensum tollit; quo pontus, & omnes* Ae. 3.
Ae. 3. *Intremuere vndæ, quo maximus insonat æther.* Ae. 8.
Ae. 5. *Interea turba ad ripas effusa ruebat:* Ae. 6.
Ae. 8. *Alta petunt, pelago credunt innare sonanti* Ae. 1.
Ae. 1. *Nauem in conspectu vasta se mole mouentem.* Ae. 3.
Ae. 1. *Mirantur; sed res animos incognita turbat.* Ae. 1.
Ae. 5. *Vertitur incertum studia in contraria vulgus.* Ae. 2.

Arx in maris littore, quæ dicitur, Montegioue. Speculator arcis custos. Tormento murali. Nautæ vel Regiam classem, vel onerariam nauim videre videbantur.

Ae.12. *Tum magis, vt propius cernunt, venientis imago* Ae.10.
Ge. 2. *Fit minor. Interea socios ad littora mittit* Ae. 1.
Ae. 6. *Misenus, causas penitus tentare latentes.* Ae. 3.
Ae. 8. *Iamque adeo exierant porta, quæ proxima ponto.* Ae. 9.

Quò propius accedebat, eò minor nauis apparebat.

Ae. 8. *Cum Pater in summa vestigia ponit arena.* Ge. 3.
Ae. 5. *Attonitis hæsere animis in littore gentes,* Ge. 3.
Ae. 6. *Vt videre Virum vita mortalis honorem* Ge. 4.
Ae. 3. *Seruatum ex vndis, madida non veste grauatum:* Ae. 6.
Ae.12. *Conuersaque oculos inter se, atque ora tenebant;* Ae.11.

Sicco vestigio, chlamydeque ab aquis minime fœdata in littus prosilit Raim.

Nec

Ae. 6. *Nec vidiße ſemel ſatis eſt, iuuat vſque videre:* Ge. 3.
Ae. 9. *Multa Patrem nequeunt expleri corda tuendo:* Ae. 8.
Ae. 2. *Exoriturque virum clamor; ſtupeſcet inſcia turba;* Ae. 7.
Ae. 4. *Hic, ait, eſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi* Ae. 1.
Ae. 12. *Tollentem manibus chlamydemque, ſinusque crepãtes?* Ae. 11.
Ae. 4. *Hæc effata ſilet. Vt ſe velauit amictu* Cir.

Oculis demiſſis ad Cœnobiũ properat.

Ae. 5. *At Pater, haud mirans numerum matrumque, virũque* Ae. 2.
Ae. 9. *Protinus incedit, recipitq; ad limina greſſum* Ae. 11.
Ae. 6. *Conuentus, magna medius comitante caterua.* Ae. 5.
Ae. 11. *Iamque propinquabat portis Pater; aſpicit æquis* Ae. 4.

Venienti Diuo conuentus Ianua ſponte patefacta.

Ae. 2. *Cum ſubitum dictu, atque oculis mirabile monſtrum:* Ae. 8.
Ae. 6. *Oſtia nanque domus patuere ingentia ſacræ* Ge. 1.
Ae. 7. *Sponte ſua: veterum primi, pauperque Senatus* Ae. 8.
Ae. 4. *Intrantem excipiunt; ſocij fremituque ſequuntur* Ae. 9.
Ge. 3. *Læto: Incredibilis rerum fama occupat aures.* Ae. 3.
Ae. 6. *At Pater inceſſu tacito progreſſus, & aram* Ae. 12.
Ae. 12. *Suppliciter venerans demiſſo lumine, ſoluit* Ae. 5.
Ae. 2. *Votum pro reditu, primum prece Numen adorat.* Ae. 3.

Rex de tam mirabili facto certior factus, Baroinonam reuertitur, veniamque errati à Raim. depoſcit.

Ae. 4. *Protinus ad Regem curſus detorquet Iacum* Ec. 1.
Ae. 9. *Nuncia fama, aliud qua non velocius vllum:* Ae. 4.
Ae. 3. *Facta renarrabat Diui ordine ſingula pandens.* Ae. 6.
Ae. 4. *Attonitus tanto monitu implacabilis ardet,* Ae. 12.
Ae. 11. *Deficit ingenti luctu Rex; iſque repentè* Ae. 1.
Ae. 4. *Tum breuiter Barcen remis, ventiſque petiuit.* Ae. 3.
Ae. 6. *Hic tandem ante oculos euaſit, & ora Parentis,* Ae. 2.
Ae. 3. *Exorat pacem Diuum, caſusq; leuamen.* Ae. 3.
Ae. 1. *Pollicitus qui ſe caſtum & ſeruare cubile.* Ae. 8.
Ec. 1. *Fortunate Senex, audacibus annue cœptis,* Ae. 9.
Ge. 1. *Da facilem curſum; ſat erit tua dicere facta* Ec. 4.
Ae. 9. *Poſt mortem; tibi res antiquæ laudis, & artis;* Ge. 2.

Virgilianum carmen.

Ec. 5. *Interitumque tuum (ſuperet modò Mantua nobis)* Ec. 9.
Ec. 5. *Dicemus; votis iam nunc aſſueſce vocari.* Ge. 1.

Dies Natiuitatis Chriſti.

Ae. 9. *Ergo aderat promiſſa dies, patribusque vocata,* Ae. 11.
Cir. *(Felix illa dies, felix) qua maxima quondam* Ae. 7.
Ae. 7. *Miſta Deo Mulier, & pulcro pectore Virgo* Ae. 3.

Læta

Ae. 6. *Læta Deum partu sub luminis edidit auras.* *Ae.* 7.
Ae. 8. *Hæc Pater ingenti lustrat dum singula templo,* *Ae.* 1.
Ge. 1. *Apparet liquido sublimis in aëre Virgo,* *Ae.* 7. Dei Mater.
Ae. 2. *Insedit nimbo effulgens, cui tempora circum* *Ae.* 12.
Ae. 9. Ardentes bis sex radij fulgentia cingunt. *Ae.* 12.
Ae. 9. Ad quem sic roseo vultu demissa profatur: *Ae.* 1.
Ae. 2. *Venit summa dies longarum meta viarum* *Ae.* 3. Diuinitus admonetur Rai. de suo ex hac vita discessu.
Ae. 1. *Hic tibi, magna manent regnis penetralia nostris* *Ae.* 6.
Ge. 3. *Te quoque, te meritæque expectant præmia palmæ:* *Ae.* 5.
Ae. 10. His dabitur terris alto succedere cœlo. Ge. 4.
Ae. 10. *Hæc vbi dicta dedit, cælos se tollit in altos,* *Ae.* 1.
Ae. 2. *Cessit, & auertens rosea ceruice refulsit;* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Spirauere comæ diuinum vertice odorem.* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Tum Senior duplices tendens ad sidera palmas,* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Reginæ ætherei breuiter sic fatur Olympi:* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Virgo decus cæli, quis te mihi nubibus actam* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Detulit in terras? quamprimum abrumpere lucem* *Ae.* 4.
Ae. 5. *Nunc quoque mens eadem perstat mihi; dirige gressum,* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Tuque, Puerque tuus, sublimem ad sidera cæli.* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Talibus oranti exarsit dolor ossibus ingens;* *Ae.* 5.
Ae. 3. *Et capiti, inque sinum præcordia ad intima subdit.* *Ae.* 7.
Ae. 4. *Marmoreo referunt thalamo, stratisque reclinant* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Hunc fratres, concussi animi, mæstusque per omnes* *Ae.* 9.
Ae. 9. *It gemitus, mæsto defixit lumina vultu* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Stant lectum circum Iuuenes, atque ore frementes.* *Ae.* 12.
Ae. 2. *Iamque dies aderat, radijsque retexerat orbem* *Ae.* 5. Dies Epiphaniæ in quo Raimũdus, ex hac vita ad beatã migrauit.
Ge. 1. *Cum sole infuso, iam rebus luce retectis* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Stella facem ducens multa cum luce Sabæis* Ge. 2.
Ge. 4. *Regibus, incessit magno fulgore coruscans;* Ge. 4.
Ae. 6. *Ostendit terris cæloque, Ereboque potentem;* *Ae.* 6. Qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat.
Ge. 3. *Primus qui Stellis numeros, & nomina fecit,* Ge. 1.
Ae. 7. *Qui venit generis lapsi sarcire ruinas,* Ge. 4.
Ae. 8. *Nascenti cui tres mittunt sua Thura Sabæi* Ge. 1.
Ae. 3. *Dona dehinc Auro grauia, Myrrhasque madentes.* *Ae.* 12.
Ae. 8. *Agnouit Diuus superum quo ad lumen iturus* *Ae.* 6.

Aduenisse

Ae. 7. Aduenisse diem, rupitque has pectore voces: Ae. 11.
Ae. 12. Ventum ad supremũ est, ad cælum hinc ire putandũ est. Ae. 6.
Ae. 2. Illic res lætæ, requies ea certa laborum. Ae. 8.
Ae. 2. Hæc vbi dicta dedit diuino ex ore Sacerdos, Ae. 3.

Eucharistiæ cibo reficitur.

Ae. 12. Accepit lacrymis Corpus mirabile Nati, Ec. 5.
Ae. 6. Monte sub aërio qui olim voluentibus annis Ae. 1.
Ae. 11. Vulneribus pulsus, laniatus corpore toto, Ae. 6.
Ae. 5. Vnus pro multis indigna morte peremptus. Ae. 6.

Moritur S. Raimundus.

Ae. 12. His actis, illi soluuntur frigore membra; Ae. 12.
Ae. 11. Labitur exanguis; pallor simul occupat ora; Ae. 4.
Ae. 5. Extremus conditque natantia lumina somnus, Ge. 4.
Ae. 8. Panditur extemplo domus omnipotentis Olympi, Ae. 10.
Ae. 7. Tum Regina deum cæli comitata ministris Ae. 2.
Ec. 7. Candidior cycnis cælo demittitur alto; Ec. 4.

Sancta anima in æternæ quietis sedibus collocatur.

Ae. 9. Atque animam Patris stellis ardentibus aptam, Ae. 4.
Ae. 3. Tollit, cælicolum mediamque ad mœnia ducit. Ae. 10.
Ae. 10. Cui Rex æthereus pro virginitate sacrauit Ae. 12.
Ae. 12. Fulgentem, & duplicem gemmis, auroque coronam, Ae. 1.
Ae. 12. At fratres, anima vt superis concessit ab oris, Ae. 2.
Ae. 9. Stant mæsti, simul ora Viri præclara tuentes, Ae. 10.

Tanquam sanctitatis monumentum.

Ge. 2. Et tenues rumpunt tunicas, atque oscula figunt. Ae. 2.
Ae. 1. Sed iam fama volans tanti prænuncia luctus Ae. 11.
Ae. 3. Auditur, mæstoque immugit regia luctu; Ae. 11.
Ae. 11. Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & ora. Ge. 4.

Iusta funebria

Ae. 1. Voluitur interea cælum, & ruit Oceano nox. Ae. 2.
Ae. 8. Iamque Sacerdotes soli cantare periti Ec. 10.
Ae. 5. Agmine partito fulgent; proceresque Parentem Ae. 3.
Ge. 4. Exportant tectis, dextra, læuaque frequentes Ae. 6.
Ae. 11. Funereas rapuere faces; ostroque decori Ae. 12.
Ge. 4. Magnanimi Heroës; crepitantiaque æra secuti Ge. 4.
Ae. 6. Matres, atque viri, sequitur quos cetera pubes, Ae. 5.
Ae. 11. Intersunt qui supremum comitentur honorem; Ae. 11.
Ae. 2. Sacra canunt, mæsti incendunt clamoribus vrbem: Ae. 11.
Ae. 9. Collucent ignes, tenues it fumus in auras: Ae. 5.
Ae. 7. Per medias vrbes itur; lucet via longo Ae. 11.

Ordine

Ae. 11. *Ordine flammarum, turbantur mœnia luctu.* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Inde vbi venère ad tumulum, templumque vetustum,* *Ae.* 2.

Sepultura.

Ae. 6. *Et statuunt tumulum, corpusque exangue sepulcro* *Ae.* 2.
Ae. 6. *(Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit)* *Ae.* 11.

Virtutum insignibus.

Ae. 12. *Componunt, decorantque super fulgentibus armis.* *Ae.* 6.
Ec. 5. *Cum complexa fuit corpus mirabile Diui,* *Ae.* 2.
Ge. 4. *Accepitque sinu vasto ditissima terra,* *Ge.* 2.

Miracula Sancti Patris obitum consecuta.

Ae. 5. *Ad tumulum innumeræ gentes, populique volabant.* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Non vllum auxilium miseris hic nanque negauit:* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Et dedit ipse animas imis exire sepulcris.* *Ec.* 8.
Ae. 6. *Corporeæ excedunt pestes, mortalibus ægris* *Ge.* 1.
Ae. 12. *Subuenit; occultò medicans, spargitq́ salubres* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.* *Ae.* 12.
Ge. 3. *Post partum matres pressère ad pectora natos;* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Quin etiam è tumulo (vox reddita fertur ad aures)* *Ae.* 3.

Puluis è Diui Sepulcro effossus mirabilis: Hoc hausto Anna puella, præ nimia sanguinis profluentia penè mortua, sanatur: itémque adolescens ruina exanimatus reuixit.

Ae. 10. *Accepta Tellure semel moritura puella:* *Ge.* 4.
Ae. 11. *Ac Iuuenis, grauiter qui ad terram pondere vasto* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Concidit, vt quondam radicibus eruta pinus;* *Ae.* 5.
Ae. 11. *Sanguinis illa vomens calidum de pectore flumen,* *Ae.* 9.
Ae. 10. *Incolumes ad templa ferunt sollemnia dona:* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Votaque seruati Lethæi à fluminis vnda* *Ae.* 6.
Ge. 4. *Suspendunt; crebris collucent ignibus aræ.* *Ae.* 11.
Ae. 12. *Si quando ventis surgentibus aut freta ponti* *Ge.* 1.

Idē puluis ad irati maris tempestates sedandas vim habet maximam.

Ae. 5. *Miscuit, atque imò Nereus ciet æquora fundo;* *Ae.* 2.
Ge. 4. *Pulueris exigui iactu tumida æquora placat.* *Ae.* 1.
Ge. 2. *Non mihi si linguæ centum, si copia fandi* *Ae.* 1.
Ae. 10. *More furens torrentis aquæ, vel turbinis atri;* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Facta Patris, laudum percurrere nomina possem.* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Non ea vis animo, nec tanta superbia nostro:* *Ge.* 1.
Ae. 12. *Succidimus, non lingua valet, nec verba sequuntur.* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Hæc qui scire velit, Libyci velit æquoris idem* *Ge.* 2.
Ge. 2. *Discere quàm multæ Zephyro attollantur arenæ:* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Aut cum Sol ruit, & montes vmbrantur opaci;* *Ae.* 3.
Ge. 4. *Quàm multa in syluis auium se millia condant:* *Ae.* 7.
Ge. 2. *Aut vbi nauigijs medij per maxima Nerei* *Ae.* 10.

Torquet

Ae. 9. *Torquet aquosam biemem surgens nimbosus Orion* *Ae.* 1.
Ge. 2. *Nosse quot Ionio voluantur marmore fluctus.* *Ae.* 7.
Ge. 4. *Verùm hac ipse equidem, magnum quia sparsa per orbẽ,* *Ae.* 1.
Ge. 4. *Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquam,* *Ae.* 4.

Clemẽs VIII. Põtifex Max.

Ae. 3. *Maximus inde Pater longo post tempore vènit* *Ec.* 1.
Ae. 10. *Ipse caput populis, Tusco de sanguine, Clemens* *Ae.* 6.
Culic. *Octauus (quocunque dabunt se tempore vires* *Ae.* 4.
Ae. 7. *Nomen in astra feram, magnum, & memorabile nomẽ)* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Ipse sedens niueo candentis limine Petri* *Ae.* 10.
Ae. 4. *Cuncta Viri monumenta ferens, opera, atque labores,* *Ae.* 11.
Ae. 3. *Vittis & sacris redimitus tempora, Patrem* *Ae.* 11.
Ae. 4. *(Diis equidem auspicibus) summa dominarier arce* *Ae.* 7.
Ae. 5. *Declarat: subitaque animum dulcedine mouit* *Ae.* 11.
Ge. 1. *Mundus inardescens Radiis, longeque refulgens;* *Ae.* 8.
Ec. 6. *Et simul ingenti sonuerunt omnia plausu.* *Ae.* 5.

Precatio Auctoris ad D. Raimundum.

Ec. 6. *Nunc ego (nanque tibi super est oblata facultas)* *Ge.* 4.
Ge. 3. *S P A D I V S, ò famæ meritò pars maxima nostræ,* *Ge.* 2.
Ae. 1. *Ad te confugio, curæ, casusque leuamen,* *Ae.* 3.
Ae. 12. *In te oculos refero, & supplex tua numina posco.* *Ae.* 1.

Diabolus.

Ge. 1. *Ecce Inimicus atrox Stygiis sese extulit vndis,* *Ae.* 3.
Ge. 3. *Inuidia infelix, casu concussus acerbo,* *Ae.* 5.
Ae. 7. *Pestiferas aperit fauces, fremit ore cruento;* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Impastus ceu plena leo per ouilia, quærit* *Ae.* 4.
Ae. 9. *Si quid in aduerso rapiat, totoque vagatur* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Orbe furens, versare dolos ingressus & astu.* *Ae.* 11.
Ae. 10. *Solus ego an tali possum me opponere monstro?* *Ae.* 12.
Ae. 2. *Hoc mihi ne inflectat sensus, animumque labantem,* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Da dextram misero cum vis inimica propinquat.* *Ae.* 12.
Ge. 2. *Præcipuè cursusque dabis, Venerate, secundos* *Ae.* 3.
Ae. 9. *Tempore quo leto canentia lumina soluam.* *Ae.* 10.

Auctor Bonifaciũ Card Caietanum, Episcopum Cassani: Placentiã, vbi S Sabinus Episcopus mortuus fuit: patriã,

Ge. 4. *Magnanimum Heroem, nulli virtute secundum,* *Ae.* 11.
Ge. 2. *(Est cui picta croco & fulgenti Murice vestis;* *Ae.* 9.
Culic. *Grata B O N I F A C I E S, cælo delapsa, parentis;* *Ae.* 5.
Ae. 10. *C A S S A N I & late custodia credita campi;* *Ae.* 7.
Ae. 11. *Cui genus à proauis ingens, C A I E T A, dedisti,* *Ae.* 7.

Aeter-

Ae. 7. *Aeternam famam, magnum, & memorabile nomen)* *Ae.* 4.
Ec. 1. *Fortunate senex, custodi, & consule longe.* *Ae.* 9.
Ae. 4. *Vrbem præclaram, tardis vbi flexibus errat* *Ge.* 2.
Ge. 4. *Eridanus, læto & canentia lumina soluit]* *Ae.* 10.
Ec. 5. *Formosi pecoris Custos pater ipse Sabinus)* *Ae.* 7.
Ae. 10. *Speque meam patriam, primùm dulcesque meorum* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Relliquias veterum serua noctesque diesque;* *Ae.* 6.
Ec. 5. *Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.* *Ae.* 1.

ac suos D. Raimundo commendat.

F I N I S.

Auctoris preces

AD D. RAIMVNDVM

Pro PHILIPPO III potentissimo Hispaniarum Rege,

Serenissimaq. eius Coniuge, Filijs, ac Sorore semper augusta.

Ec. 1. *FORTVNATE Senex, huc te poscentibus affer,* Ae. 8.
Ae. 11. *Vota, precesque mea, si quid mea carmina possunt.* Ae. 9.
Ae. 7. *Rex genus egregium, quo non præstantior alter* Ae. 6.
Ae. 6. *Parcere subiectis, & famam extendere factis,* Ae. 10.
Ae. 9. *Et conferre manum, pacique imponere morem,* Ae. 6.
Ae. 12. *Cui genus à proauis ingens, clarumque Philippi* Ge. 1.
Ae. 7. *Nomen inest, fama multis memoratus in oris,* Ae. 7.
Ae. 10. *Tertius ille hominum ferrugine clarus Ibera,* Ae. 9.
Ae. 10. *Per te, per qui te talem fecere merendo,* Ae. 6.
Ae. 2. *Regnatorem Asiæ spolijs Orientis onustum* Ae. 1.
Ae. 1. *Contundat, moresque viris, & mœnia ponat.* Ae. 2.

Filius Hispaniæ Regis.

Ae. 6. *Natus & ipse regat patrijs virtutibus Orbem,* Ec. 4.
Ae. 7. *Te precor, vt mox cum matura adoleuerit ætas.* Ae. 12.
Ae. 6. *Ipse triumphato Capitolia ad alta Tyranno* Ae. 12.
Ae. 6. *Victor agat currum, super & Garamantas, & Indos* Ae. 6.
Ae. 6. *Proferat Imperium, laudis succensus amore.* Ae. 7.

Filia eiusdem Regis primò edita partu.

Ae. 3. *Et Nata insignis forma, viridique iuuenta,* Ae. 5.
Ae. 12. *Filia, auis, atauisque potens quam regia coniux* Ae. 7.
Ae. 8. *Iam primo partu sub luminis edidit auras;* Ae. 7.

Ex Austriaca familia.

Ae. 1. *Et Soror, & Coniux vnà pluuialibus Austris* Ge. 3.
Ae. 1. *Sit felix, toto surgat gens aurea mundo.* Ec. 4.
Ae. 5. *Omnibus his longè maneat pars vltima vitæ,* Ec. 4.
Ae. 9. *Fortunata domus, & aui numerentur auorum.* Ge. 4.

Per

Perilluſt. ac Reuerendiſſ. D. D. FRANCISCO PEÑAE

Sacr. Theol. ac I. V. Doctori, & in Vrbe primario Rotæ Auditori.

Ec. 1. *NON tu carminibus noſtris indictus abibis,* Ae. 7.
Ge. 2. *O decus, ò famæ meritò pars maxima, Peña,* Ge. 3.
Ae. 9 *Fertilis Auſoniæ magnam Mauortis ad vrbem.* Ae. 8.
Ae. 5. *Gaudia pertentant mentem tua dicere facta.* Ec. 4.
Ae. 4 *En quid agam? non lingua valet, non corpore notæ* Ae. 12.
Ae. 12. *Sufficiunt vires: magnum quæ ſparſa per orbem* Ae. 1.
Ae. 3. *Pauca tibi è multis, quæ ſunt mihi condita verſu* Ec. 10.
Ae. 10. *Fatidicæ Mantus, modulans alterna notaui.* Ec. 5.
Ec. 1. *Fortunate Senex, quò prima exordia ſumam?* Ae. 4.
Ae. 2. *Ipſe inter primos ſurgens de vertice Peña* Ae. 10.
Ae. 6. *Veniſti, haud vlli veterum virtute ſecundus,* Ae. 11.
Ae. 7. *Tyrrhenum ad Tibrim virtutem extendere factis.* Ae. 6.
Ae. 6. *Conſulis imperium hic primus, ſanctumque ſenatum,* Ae. 1. Primarius Rotæ Auditor.
Ae. 8. *Romanoque foro diuini gloria Iuris* Ge. 1.
Ae. 7. *Iampridem es, veterum voluens monumenta virorum,* Ae. 3.
Ae. 5. *Conſilijs magnorum haud vnquam indignus auorum,* Ae. 12.
Ge. 2. *Quin & Graiorum ſacrata reſoluere Iura* Ae. 2.
Ae. 10. *Tu potes, & cauſas penitus tentare latentes,* Ae. 3.
Ae. 6. *Pandere res altas terræ; tibi maxima rerum,* Ae. 9.
Ae. 9. *Verborumque fides, rerum prudentia maior.* Ge. 1.
Ae. 7. *Attonitis inhians animis Romana propago* Ae. 6.
Ae. 7. *Nomen in aſtra tuum, magnum, & memorabile nomen,* Ae. 4.
Ae. 3. *Attollit, meriti tanti non immemor vnquam.* Ae. 9.
Ec. 4. *Teque adeo decus hoc æui pulcherrima Roma,* Ge. 2.
Ae. 3. *Hoſpitium antiquum tot iam labentibus annis* Ae. 2.

Ae. 6. *Magnanimum Heroum, multo compellat honore,* *Ae.* 3.
Ae. 9. *Purpurei Cristis nil magnæ laudis egentes* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Muneribus cumulant magnis. Tibi maximus orbis* Ge. 1.
Ae. 5. *Ipse gubernator, cæli cui sidera parent,* *Ae.* 10.
Ae. 3. *Inferrique latus, atque alta mœnia Romæ,* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Parcere subiectis, & debellare rebelles,* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Iustitiaque dedit gentis componere lites.* Ec. 3.
Ae. 6. *Te quoque magna manet fulgenti Murice vestis,* *Ae.* 9.
Ge. 1. *(Dignus honos, equidem tali te dignor honore)* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Iura dabis, legesque viris: multosque per annos* Ge. 4.
Ae. 9. *Te superesse velit rex omnipotentis Olympi,* *Ae.* 12.
Ae. 4. *Credo equidem (nec vana fides) te maxima rerum* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Roma colet, Deus atque opera ad maiora remittet.* *Ae.* 12.
Ge. 2. *Quid maiora sequar? hinc vsque ad sidera notus,* *Ae.* 5.
Ec. 1. *Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.* *Ae.* 12.
Ae. 5. *Quod superest, oro; si quid mea carmina possunt,* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Flos veterum, virtusque virum, super æthera notus;* *Ae.* 1.
Ec. 4. *Te duce, iam fama totum vulgata per orbem* *Ae.* 1.
Ec. 5. *Carmine descripsi laudes, & facta Parentis,* Ec. 4.
Ae. 6. *Lustrauit RADIIS totum qui ingentibus ORBEM;* Ec. 3.
Ae. 5. *Accipe & hæc lætus manuum monumenta mearum,* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Muneranec spernas; mecum modò vita supersit,* Ge. 3.
Ae. 8. *Semper honore meo, semper celebrabere versu.* Ge. 3.
Ec. 5. *Sis memor ipse mei dum spiritus hos reget artus.* *Ae.* 4.

Reuerendiss. Peña Vitam S. Raimundi soluta oratione cōstruxit, quā Auctor in hac sua contexēda est secutus.

IN SEPVLCRI SANCTISSIMI PATRIARCHAE DOMINICI

Celeberrima translatione, de eiusdem Diui laudibus

IDYLLIVM.

Ad Illustriss. & Excellentiss. D. D.

FRANCISCVM GOMEZIVM de Sandoual, & Roias,

Ducem de Lerma, &c.

Illuſtriſſ. atque Excellentiſſ. D. D.

FRANCISCO GOMEZIO DE SANDOVAL, ET ROIAS;

DVCI DE LERMA, ET CEA;

Marchioni de Denia, & Comiti de Ampudiâ; ex ſupremo magni PHILIPPI III. Regis Conſilio de ſtatu Regni, Cubiculi, & Equorum ſummo Præfecto; Equitum nobilium generali Duci, atque Militaris ordinis S. Iacobi Commendatario Maximo.

F. Io. Baptiſta Spadius. S. P. D.

HANC meam de D. Dominici corporis translatione lucubrationem tu, Franciſce Vir Illuſtriſsime, atque Excellentiſsime, præ ceteris optimo tibi iure vendicas. Primùm quòd ea nobiliſsimi Viri Hiſpani laudes complectitur; tu vero inter Hiſpanos proceres nobilitate clariſsimus es. Deinde quia D. Dominicus, quem tu maxime ſuſpicis, & ve-

neraris, laudatur: tum quoniam Vir is ſanctitate ſingularis celebratur, quem Philippus III. Hiſpaniarum Rex potentiſsimus, ac vere Maximus, cui tanquam noſtri temporis Alexandro Macedoni ipſe es nouus Hephęſtion, ſanguinis coniunctione attingit. Poſtremo autē quòd huius lucubrationis auctor Dominicanæ familiæ, cuius tu præcipuus es patronus, ac pater, eſt Alumnus. His omnibus de cauſis hoc exiguum poëmatium tibi dicandum exiſtimaui, & dicatum volui; ratus & rei, & auctori patrocinium tuum roganti minime defuturum. Vale.
Placentiæ. Cal. Aprilis. MDCXIV.

Ad eundem Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Ducem.

Auctoris Anagramma.

Franciſcus Gomeſius de Sandoual, & Roias, Dux
Lermae, Marchio Deniae, Co: Ampudiae, Militaris
Ordinis Sancti Iacobi Cōmendatarius etc.

Dextera, conſilium, vis, virtus coelica, honores,
Candida corda tibi, ac mens candida, regia, dia;
Ac fama multis ipſe es memoratus in oris.

SI te, Gomeſiæ gentis lux inclyta, cuncti
Mirantur, nomenque tuum, memorabile nomen,
Et ſtudia, & mores tollunt ad ſidera: ſi te
Tertius Auſtriaca genitus de ſtirpe PHILIPPVS
REX, *fidei columen, ſummis adiungere rebus*
Non refugit, Socium, regnique in parte locauit,
Nil mirum: inſignes tituli, nomenque verendum,
Arte duce, oſtendunt ſis qualis, quantus & ipſe:
Dextera, conſilium, vis, virtus coelica, honores,
Candida corda tibi, ac mens candida, regia, dia;
Ac fama multis ipſe es memoratus in oris.

EPIGRAMMA

Hieronymi Spadij Placentini.

En vt Stella diem saxo dat clara serenum !
En Canis vt rutilam vibrat ab ore Facem !
Vtraque Stella micat; digna est Fax vtraque cælo;
Atque homini ad superos vtraque pandit iter.
Clarius at poscis lumen, quod limen Olympi
Indicet? hic clausum fac venerere iubar.
Hinc Stellam moueas; ignem Canis ille mouebit;
Et crescet mota prauia flamma Face.

De Sanctissimo D. Dominici Sepulcro.

Anagramma eiusdem.

Sanctus Dominicus Praedicatorum Magister.
Et siccine opertum Gusmanorum sidus radiat?

Sideribus flammæ desunt, an sidera Olympo,
An desunt nostris lumina luminibus?
Sæpius illa fui cælo speculatus aperto;
Reddita sunt oculis non tamen vlla meis.
Et Gusmanorum sidus *sub marmore* opertum
Siccine *nunc* radiat, *solis & instar habet?*
Instar habet Solis, Solis quoque lampade maius:
Fax premit illa oculos, Fax souet ista animos.
Nocte latet Titan, vel nube; at sancta coruscat
Condita Stella polo, condita Stella solo.

IN SEPVLCRI SANCTISSIMI PATRIARCHAE DOMINICI

Celeberrima translatione de eiusdem Diui laudibus,

IDYLLIVM.

Ae. 1. I*LLE ego, qui quondam cithara, fidibusque canoris* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Fatidicæ Mantus cecini sub tegmine fagi* *Ge.* 4.
Ae. 1. *Insignem pietate Virum, qui primus ab oris* *Ae.* 1.
Ge. 3. *Humida Maioris speculatus littora Tarco* *Ae.* 10.
Ae. 2. *Veste super, fugiens media inter prælia belli:* *Ae.* 11.
Ae. 2. *Et nunc, quòd Patris mihi iussa capessere fas est,* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Magnanimi Herois, genus à quo principe nostrum,* *Ae.* 3.
Ae. 2. *Ducendum ad sedes simulacrum carmine dicam.* *Ge.* 2.
Ec. 4. *Iam noua Progenies, nigris exosa Chelydris,* *Ge.* 3.
Ae. 12. *Altior insurgens patrijs virtutibus Orbem* *Ec.* 4.
Ae. 8. *Lustrans, multiplici populos sermone replebat:* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Iampridem multasque viris se adiungere gentes* *Ae.* 8.

Auctor huius operis S quoq; Raimundi, vitam descripsit.

Religio D. Dominici hæreticis inuisa.

Orantes

Ae. 1. *Orantes veniam Sol aspiciebat Olympo:* *Ae.* 7.
D. Dominicus. *Ae.* 11. *Iam Pater, haud vlli veterum virtute secundus,* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Os, humerosque Deo similis, quem credidit ætas* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Semine ab ætherio, claro demissus Olympo,* *Ae.* 4.
Ae. 12. *Ipse suas artes, sua munera lætus inibat.* *Ae.* 5.
Ae. 4. *Cum Pater omnipotens, rerum cui summa potestas,* *Ae.* 10.
Ae. 1. *Despiciens mare veliuolum, terrasque patentes,* *Ae.* 5.
Ge. 4. *Mores, & studia, & populos, sic vertice cæli* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Constitit: extemplo defixit lumina regnis* *Ae.* 1.
Ae. 9. *Fertilis Ausoniæ, atque oculos per singula voluit.* *Ae.* 8.
Ae. 3. *Et tandem antiquam, diuina Palladis arte,* *Ae.* 2.
Ae. 8. *Præstantem virtute, Viris, studijsq; fauentem* *Ae.* 5.
Bononiam Studiorũ matrẽ, cuius Insigne est Libertas. *Ae.* 4. *Vrbem præclaram fama, & felicibus armis,* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Assuetam Imperijs, cui belli Insigne superbum* *Ae.* 8.
Ec. 1. *Libertas, oculis voluit, totamque pererrat.* *Ae.* 4.
Ae. 4. *Conspicit atque illic incensam pectus amore* *Ae.* 3.
Relig. Præd. cõcionantem, & populos à peccatis retrahentem. Ge. 1. *Progeniem paruam, repetentem exempla suorum* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Fortia facta patrum, virtutem extendere factis,* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Omnibus in templis monstrantem vulnera cernit,* *Ae.* 6.
Ae. 2. *Vulnera, quæ referant sedes, & regna recludunt* *Ae.* 8.
Ae. 7. *Tartarea, horrentes, atraque voragine ripas.* *Ae.* 10.
S. Dom. *Ae.* 1. *Miratur; vidit confectum ætate Parentem,* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Vnde genus nostrum, magnam cui mentem, animumque* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Spiritus intus alit, torquet qui sidera mundi.* *Ae.* 9.
Maria Virgo pro D. Dom. precatur. *Ae.* 1. *Atque illum tales iactantem pectore motus* Ge. 1.
Ae. 9. *Astrorum decus, atque eadem gratissima Coniux,* *Ae.* 10.
Ec. 4. *Cara Dei soboles, genitrix lectissima matrum,* *Ae.* 9.
Ae. 12. *Alloquitur, rumpens has imo pectore voces:* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Omnipotens, cælum, & terras qui numine torques,* *Ae.* 4.
Dominicana Religio. Ec. 1. *En tua Progenies, cæli quibus annuis arcem,* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Per varios casus, per tot discrimina mundi* Ge. 2.
Ae. 9. *Discurrunt, variantque vices, succurrere sæclo* Ge. 1.
Ae. 3. *Omnibus idem animus, sceleratam excindere gentem.* *Ae.* 9.
Ae. 5. *Qui vultus, quantas ostentent aspice vires.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Aspice, vt insignis spolijs super æthera notus* *Ae.* 1.

Princeps

Ae. 5. *Princeps ante omnes caput obiectare periclis* Ae. 2.

S.Dom. Princeps Fratrum præd.

Ae. 11. *Nec ceſſet, vitamque velit pro laude paciſci;* Ae. 5.
Ae. 6. *Aetheriasq; oſtentet opes, vrbemque paratam* Ae. 4.

Cæleſtem.

Ae. 6. *Omnibus his, animas qui in aperta pericula mittunt,* Ae. 9.
Ae. 6. *Sublimes animas pro maieſtate tuorum.* Ae. 12.
Ae. 5. *Dum melior vires ſanguis dabat, ille labores* Ae. 8.
Ae. 10. *Suſtinuit magnos terris iactatus, & alto:* Ae. 1.
Ae. 2. *At Patri frigent effœtæ in corpore vires,* Ae. 5.
Ae. 5. *Sanguis hebet: quem das finem, Rex magne, laborum?* Ae. 1.
Ge. 1. *Ipſe Pater requiem pugnæ, rebusque ſalutem* Ae. 12.
Ae. 3. *Exorat, meritæque expectat præmia palmæ.* Ae. 5.
Ae. 6. *Magnanimum Heroem ſcis ipſe, & ſcire fateris* Ae. 12.
Ae. 12. *Deberi cælo. Si fert ita corde voluntas,* Ae. 6.
Ae. 8. *Nunc ò, nunc liceat quamprimum abrumpere lucem,* Ae. 4.
Ge. 1. *Atque illum his mecum pariter conſidere regnis.* Ae. 1.
Ae. 12. *Olli ſubridens ſuperi Regnator Olympi* Ae. 2.
Ae. 1. *Oſcula libauit Natæ, dehinc talia cœpit:* Ec. 6.
Ae. 11. *Cara mihi ante alias, & pulcro pectore Virgo,* Ae. 3.
Ae. 4. *Mens immota manet, quod tota mente petiſti* Ae. 4.
Ae. 10. *Hac dabitur dextra, mitte hanc de pectore curam;* Ae. 6.
Ec. 5. *Nam dulces natos, exoptatumque Parentem* Ae. 2.
Ae. 1. *Auxilio tutum magna inter præmia ducam,* Ae. 12.

D. Domin. & eius Alũnos.

Ae. 8. *Aurea ſublimemq; feres ad ſidera cæli.* Ae. 1.
Ae. 10. *Tunc his aligerum dictis affatur Amorem:* Ae. 1.
Ae. 2. *Ad terram Heſperiam, tardis vbi flexibus errat* Ge. 3.
Ae. 2. *Inter optima virum, & leni fluit agmine Renus* Ec. 10.

Bononiã, quã Renus alluit.

Ge. 1. *Et ſtudio, & fama multis memoratus in oris,* Ae. 7.
Ae. 5. *Vade age, & hæc lætus longæuo dicta Parenti* Ae. 3.
Ae. 3. *Haud dubitanda refer: Nunc belli finis, & æui* Ae. 10.
Ae. 11. *Aduenit, placida compoſtus pace quieſcet,* Ae. 1.

Deus per Angelum D. Dom. laborũ finem ſignificat.

Ae. 10. *His dabitur terris alto ſuccedere cælo,* Ge. 4.
Ec. 10. *Illum & magna manent regnis penetralia noſtris,* Ae. 6.
Ae. 6. *Gaudeat: hæc ſumma eſt, hic noſtri nuncius eſto.* Ae. 4.
Ae. 4. *Dixerat: ille Patri magno parere paratus,* Ae. 2.
Ae. 12. *Lætitia exultans raptim ſecat æthera pennis,* Ge. 1.

Remigio

Ae. 1. *Remigio alarum cælo descendit ab alto,* *Ae.* 8
Ae. 12. *Præcipitansque moras omnes citus astitit oris* *Ae.* 1.
Ae. 3. *Italiæ, septus nebula (mirabile visu)* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Infert se, miscetque viris, neque cernitur vlli.* *Ae.* 1.

D. Dominici.

Ae. 2. *Vt tandem ante oculos euasit, & ora Parentis* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Scindit se nubes, & in æthera purgat inanem.* Ge. 2.
Ge. 4. *Restitit insignis facie, viridiq; iuuenta* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Ales, & ingenti, claraque in luce refulsit,* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Flauentesque comæ diuinum vertice odorem* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Spirauere, alios inter pulcherrimus omnes.* *Ae.* 4.

D. Nicolai Myræ Episcopi.

Ae. 1. *Hic templum donis opulentum, & numine Diui* *Ae.* 1.
Ae. 6. *(Hic Vir, hic est, sortem qui animo miseratus iniquam* *Ae.* 6.
Ec. 1. *Pauperis, & rebus veniens non asper egenis,* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Ipsius ante oculos argenti pondus, & auri* *Ae.* 1.
Ae. 9. *Nocte super media pro virginitate reponit.* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Hoc tum nomen erat, nunc est sine nomine primo.)* *Ae.* 2.
Ae. 7. *Tali intus templo per noctem plurima voluens,* *Ae.* 1.

Templum D. Dom. dicitur, cum antea D. Nicolao dicatum esset.

Ae. 11. *Ipse Pater densos diuum numerabat amores,* Ge. 4.
Ae. 3. *Optabatq; locum regno omnipotentis Olympi:* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Agminis aligeri cum se sacer Ales ab alto* *Ae.* 11.
Ae. 4. *Obtulit insurgens oranti, & multa precanti,* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Obscuram et pura per noctem in luce refulsit.* *Ae.* 2.

Angelus D. Domin. vitæ finē nunciat.

Ae. 1. *Ac prior, Heus, inquit Iuuenis, carissime Frater,* *Ae.* 5.
Ae. 10. *Omnipotens tibi me claro demittit Olympo,* *Ae.* 4.
Ec. 3. *Atque hac ferre iubet celeres mandata per auras.* *Ae.* 4.
Ae. 12. *Hic tibi mortis erunt metæ, timor omnis abesto,* *Ae.* 4.
Ae. 3. *Ne dubita, nam vera vides, te ad limina perfer.* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Aetheria, & nostris succede penatibus hospes.* *Ae.* 8.
Ae. 6. *Te quoque magna manent in regnis præmia nostris.* *Ae.* 5.
Ae. 9. *Quid dubitas? tacitum pertenient gaudia pectus.* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Dixit, & in tenues se sustulit Ales in auras.* *Ae.* 5.

D Domin.

Ae. 1. *Obstupuit primo aspectu fortissimus Heros,* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Effusæque genis lacrymæ, & sic deinde locutus:* *Ae.* 5.
Ae. 4. *Regnator cæli, grates persoluere dignas* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Non opis est nostræ, veniam quocunque vocaris:* Ec. 3.

Iam

Ae. 2. *Iam iam nulla mora est, meq; isto corpore solue.* Ae. 4.
Ae. 3. *Talia fundebat, oculosq; sub astra tenebat.* Ae. 5.
Ae. 1. *Vt primùm lux alma data est, exire, suosque* Ae. 5.
Ae. 6. Conuentus (*sano iuuat indulgere labori*) Ae. 2.
Ae. 7. *Hesperia in magna cælo capita alta ferentes* Ae. 3.
Ae. 1. *Quærere constituit, patres, natosque videre.* Ae. 1.

Bonon discedit D. Dom. vt Fratrũ suorum Conuen. in Italia inuisat.

Ae. 12. *Ibat, & auxilium nullo poscente ferebat.* Ge. 1.
Ge. 4. *Per populos dat iura, viam, quæ limen Olympi* Ec. 5.
Ae. 5. *Donat habere viris, superasque euadere ad auras:* Ae. 6.
Ge. 3. *Præcipuè & dictis diuinum inspirat amorem* Ae. 8.
Ec. 5. *Iamque ferè extremo, perfecto munere Diuus,* Ae. 6.
Ae. 8. *Consurgens Mensis, cui nunc cognomen Iulo,* Ae. 1.
Ae. 2. *Ipse vrbem repetit, ventos perpessus, & imbres,* Ae. 9.
Ae. 2. *Quà gressum extulerat. Voces ad sidera iactant,* Ae. 5.
Ae. 9. *Lætitiaque fremunt omnes, populusque; patresque* Ae. 4.
Ae. 6. *Huius in aduentu, cælum tonat omne tumultu.* Ae. 12.
Ae. 2. *Inde domum angusti subter fastigia tecti* Ae. 8.
Ge. 4. *Se recipit, læto socij clamore salutant.* Ae. 3.

Prid. Cal. Augusti Bonon. reuertitur D. Domin.

Ae. 12. *Conspectu in medio procerum tum maximus Heros* Ae. 6.
Ae. 3. *Prædixit, præter solitum dulcedine lætus,* Ge. 1.
Ae. 7. *Aduenisse diem, superum quo ad lumen iturus,* Ae. 6.
Ae. 10. *Esse suis tempus finemque imponere curis.* Ae. 4.
Ae. 11. *Extemplo turbati animi, concussaque fratrum* Ge. 2.
Ae. 11. *Pectora, mærentum ferit aurea sidera clamor.* Ae. 2.
Ae. 2. *Ipse Pater dictis mærentia pectora mulcet.* Ae. 1.

Prædicit D. Domin. Fratribus suis se ex hoc sæculo breui migraturũ.

Ae. 8. *Nox erat, & Diuus media testudine templi* Ae. 1.
Ae. 2. *Ad cælum tendens ardentia lumina supplex* Ge. 4.
Ae. 7. *Cælestum, diuumq; sibi poscebat honorem.* Ae. 6.
Ae. 10. *Tum caput orantis sæui monumenta doloris* Ae. 12.
Ae. 9. Corripiunt, *artus depascitur arida febris.* Ge. 3.
Ae. 12. *Hunc fratres referunt thalamo, stratisque reponunt.* Ae. 9.
Ae. 3. *Iamque dies, alterque dies processit, & ecce* Ae. 3.
Ae. 3. *Sacrati capitis cœpit crudescere morbus:* Ge. 3.
Ae. 10. *Nil validæ iuuere manus, vsusque medendi.* Ae. 12.
Ae. 11. *Flent mæsti, mussantque patres, pauperque Senatus.* Ae. 8.

Ad multam noctem orationi addictus D. Dom. dolore capitis afficitur.

Ipse

Ae. 3. *Ipse Pater tales effudit pectore voces:* Ae. 5.
Ae. 11. *Tandem post varios hominumque, vrbisque labores* Ae. 2.
Ae. 2. *Defessum aspicite, quatit æger anhelitus artus.* Ae. 9.
Ae. 5. *Iamque dies (ni fallor) adest, natique, patresque* Ae. 6.
Ge. 1. *Dilecti, extremus, longarum meta viarum:* Ae. 3.
Ae. 10. *Stat sua cuiq; dies, ad cælum hinc ire putandum est.* Ae. 6.
Ae. 2. *Illic res læta, regnumque, & regia nostra:* Ec. 2.
Ae. 7. *Hæc domus, hæc patria est, requies ea certa laborum.* Ae. 8.
Ae. 7. *Idem omnes simul ardor agat sine crimine vitam* Ae. 4.
Ae. 4. *Degere, it interea, fugit irreparabile tempus;* Ge. 3.
Ae. 3. *Accipite, humanis quæ sit fiducia rebus,* Ae. 10.
Ge. 3. *Præcipuè hæc, paucis (animos adhibete) docebo.* Ae. 11.

Castit. Obed. & Paupertatē spiritus suis filijs legat.

Ae. 3. *Hac Casti maneant in relligione parentes,* Ec. 4.
Ae. 3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab istis:* Ae. 9.
Ec. 1. *Maioris nec præceptis Parēre recusent.* Ae. 2.
Ae. 11. *Semper erit duris vrgens in rebus egestas.* Ge. 1.
Ae. 5. *Accipite hæc animis, numero Deus impare gaudet.* Ec. 8.

S. Eucharistiæ poscit D. Dom. Cœnobij præfectus.

Ae. 7. *Hæc vbi dicta dedit Diuus, quod sæpè, petiuit* Ae. 12.
Ae. 3. *Calicolum Regis Corpus mirabile Nati.* Ec. 5.

Christi D.N. Corpus.

Ae. 12. *Sic Prior, & socij multo gemitu, lacrymisque* Ae. 10.
Ae. 8. *Dona laboratæ Cereris, cælestia dona,* Ge. 4.
Ae. 11. *More tulere patrum monumentum, & pignus amoris.* Ae. 5.
Ae. 12. *Ille humilis, supplexque oculos cum voce tetendit* Ae. 2.
Ae. 7. *Exiguam in Cererem, funditque has ore loquelas:* Ae. 5.

Oratio D. Domin ad Dei filiū sub Hostiæ speciebus latētem.

Ae. 2. *Aeternùm Generate, Dei certissima proles,* Ae. 6.
Ae. 1. *Nate Patris summi, qui tot labentibus annis* Ae. 2.
Ae. 6. *Venisti generis lapsi sarcire ruinas,* Ge. 4.
Ae. 6. *Qui tam crudeles voluisti expendere pœnas* Ae. 10.
Ge. 4. *(Haudquaquam ob meritum) cælo miseratus ab alto:* Ae. 5.
Ae. 6. *Funeris heu tibi causa fui, miserere precantis:* Ae. 10.
Ge. 1. *Ipse ego, Nate, tuum maculaui crimine nomen.* Ae. 10.
Ae. 4. *Extremam hanc oro veniam, miserere petentis* Ec. 1.
Ae. 8. *Auxilium, nostro doluisti sæpè dolore.* Ae. 1.

Diabolus.

Ae. 2. *Venit summa dies, & vis inimica propinquat,* Ae. 12.
Ae. 10. *Te precor hanc animam serues; te ianitor Orci,* Ae. 8.

Te

Ae. 8. *Te Stygij tremuere lacus, & terga dedere,* *Ae.* 9.
Ae. 10. *Vt vidère, metu, laniatum corpore toto:* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Ora, manusque ambas, Traiectaque pectora ferro,* *Ae.* 1.
Ae. 12. *Altè sublatum, atque indigna morte peremptum,* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Da dextram misero, supplex tua numina posco.* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Vnum oro, quando simul hæc inuisa relinquam,* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Ire ad conspectum cari Genitoris, & alti* Ge. 1.
Ae. 6. *Contingat: doceas iter, & sacra ostia cæli.* Ge. 2.
Ae. 10. *Morte tua viuens, tua nunc per vulnera seruer.* *Ae.* 10.
Ae. 5. *Quod superest, oro, mea magna potentia solus,* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice, Christe,* *Ae.* 9.
Ge. 4. *Progeniem, nomenque tuum, laudesque manebunt,* *Ae.* 1.
Ae. 12. *Vix ea cum lacrymis effudit pectore dicta,* *Ae.* 7.
Ae. 12. *Ingens ad terram duplicato poplite Pastor* Ec. 6.
Ge. 2. *Terque, quaterque manu pectus percussit honestum,* *Ae.* 12.
Ae. 5. *Libauitque Dapes, gemitum dans pectore ab imo.* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Interea vultum lacrymis, atque ora rigabat* *Ae.* 10.
Ae. 5. *Progenies, resonat magnis plangoribus æther.* *Ae.* 4.
Ge. 1. *Ipse Pater, quanquam in media iam morte tenetur,* *Ae.* 3.
Ae. 2. *Non tamen abstinuit curas his demere dictis:* *Ae.* 2.
Ae. 7. *O mea progenies, mea spera, & sola voluptas,* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Soluite corde metum; cæli in regione serena* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Nusquam abero, lætos dimittam, opibusque iuuabo,* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Dixit, & os, alacres palmas vtrasque tetendit* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Ad cælum: ast illi soluuntur frigore membra.* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Hic pietate Prior, puraque in veste sacerdos* *Ae.* 12.
Ae. 10. *Membra, manusque ambas, corpus frigentis, & vngit.* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Tum Pater ante oculos, lacrymantumque ora parẽtum* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Languescit, placidaque ibi demum morte quieuit.* *Ae.* 9.
Ae. 10. *Cælicolæ magni, vos ò clarissima mundi* Ge. 1.
Ae. 2. *Lumina, Olympiacæ mirati præmia palmæ;* Ge. 4.
Ae. 6. *Dicite, felices animæ, quæ dona Parenti* *Ae.* 3.
Ae. 10. *Donet habere hominum, diuumque æterna potestas.* *Ae.* 10.
Ae. 12. *Sancta ad vos anima, & cari Genitoris imago* *Ae.* 2.
Ec. 10. *Venit, & ingenti sonuerunt omnia plausu.* *Ae.* 5.

Sanctiss. Eucharistiæ Sacramento resicitur.

Consolatur D. Dom. Fratres suos.

Extrema vnctione D. Do. munitur.

Decedit D. Dominicus.

D. Dominico.

S. Dominici.

Dicite:

Ec. 3. Dicite: quandoquidem non omnia possumus omnes, Ec. 8.
Ae. 2. Vos meministis enim, Diuæ, & memorare potestis. Ae. 7.

Appàret Scala è cælis ad terram demissa, quā leua Christus, dextra B. Virgo tenebāt per quā duo Angeli descendentes D.Domin. animā in cælū sustulerunt.

Ae. 8. Cum Senior leto canentia lumina soluit, Ae. 10.
Ae. 12. Scala improuisò cælo demittitur alto, Ec. 4.
Ge. 1. Quam circum extremo læua stat vertice Christus, Ae. 6.
Ae. 10. Sustentat dextra & magna comitante caterua Ae. 2.
Ge. 1. Apparens liquido sublimis in aere Virgo. Ae. 3.
Ae. 2. Ecce autem gemini cælo venere volantes Ae. 6.
Ae. 6. Præpetibus pennis Iuuenes, auroque corusci, Ae. 9.
Ae. 9. Atque Animam Patris stellis fulgentibus aptam Ae. 11.
Ae. 9. Tollunt, cælicolum mediamq; ad mœnia ducunt. Ae. 10.

Gratulantur cælites omnes D. Dominico.

Ae. 2. Hancque Sacerdotes casti, dum vita manebat, Ae. 6.
Ae. 5. Excipiunt, lætumque choro pæana canentes: Ae. 6.
Ae. 2. Ignari scelerum pueri, innuptæque puellæ Ge. 4.
Ae. 4. Et pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt, Ae. 6.
Ae. 6. Purpureos spargunt flores; animamque Parentis Ae. 12.
Ae. 2. Stant circum Heroes, nati melioribus annis. Ae. 6.

Deus D. Dom. animā immortali corona exornat.

Ge. 2. Tum Pater omnipotens medijs in millibus ardens Ae. 1.
Ae. 1. Vultu, quo cælum, tempestatesque serenat, Ae. 4.
Ae. 9. Accepit venientem, ac regni in parte locauit Ae. 4.
Ae. 1. Aeterni, & duplicem gemmis, auroque coronam Ae. 1.
Ae. 5. Temporibus geminis pro virginitate sacrauit. Ae. 12.
Ae. 12. At fratres gemitum tunsis ad sidera tollunt Ae. 11.

Prædicatorū Ordo magna vi lacrymarū deflet S.Dom. obitū.

Ae. 4. Pectoribus, concussi animi, mæstusque per omnes Ae. 9.
Ae. 9. It gemitus, guttisq; humectant grandibus ora, Ae. 11.
Ae. 6. Vt videre Virum, vitæ mortalis honorem, Ge. 4.
Ae. 2. Vitam exhalantem. Crepitantiaque Aera secuti Ge. 4.
Ae. 7. Deseruere domos omnes populusque, patresque; Ae. 9.
Ae. 11. Matronæ, pueri, & pauidæ longo ordine matres: Ae. 2.
Ae. 11. Intersunt, qui supremum comitentur honorem, Ae. 11.

Episcopi multi, & Cardin. Bononiæ Legatus Corpus D. Dom. sepulturæ mandarunt.

Ec. 1. Pastores Ouium, & Tyrio conspectus in ostro Ge. 3.
Ae. 11. Legatus: pars ingenti subiere feretro; Ae. 6.
Ae. 8. Inde alij proceres dextra, læuaque frequentes Ae. 6.
Ae. 11. Funereas rapuere faces de more vetusto, Ae. 11.
Ae. 11. Spargitur & tellus lacrymis: proceresque parentem Ae. 3.

Expor-

Ge. 4. *Exportant tectis, sequitur quos cetera pubes.* Ae. 5.
Ae. 12. *Tollitur in cælum clamor, Templumque vetustum* Ae. 2.
Ae. 4. *Deueniunt. aderat longa cum veste sacerdos* Ae. 6.
Ae. 2. *Vestibulum ante ipsum, & ramo felicis oliua* Ae. 6.
Ae. 4. *Intrantem muros pura circumtulit vnda.* Ae. 6.
Ae. 2. *Sacra canunt, largoque humectant flumine vultum:* Ae. 1.
Ae. 9. *Collucent ignes, corpusque exangue sepulcro* Ae. 2.
Ae. 11. *Conditur, & felix sacrata sistitur Arca.* Ae. 2.
Ae. 3. *Maximus inde pater, quem diues Anagnia pauit,* Ae. 7.
Ae. 12. *Cui genus à proauis ingens, cui Insigne paternum* Ae. 7.
Ae. 3. *(SIGNA tibi dicet foribus Domus alta superbis)* Ge. 2.
Ge. 3. *Turbidus alta petens pedibus Iouis armiger vncis,* Ae. 9.
Ae. 6. *Missus in imperium magnum, cui sidera parent,* Ae. 10.
Ae. 3. *Infernique lacus, Capitoli immobile saxum:* Ae. 9.
Ae. 10. *Multa mouens animo, referens opera, atque labores,* Ae. 11.
Ae. 1. *Virtutisque Viri non immemor ille, Parentem* Ae. 5.
Ae. 11. *Rettulit in numerum diuorum. altaribus augent* Ae. 7.
Ae. 3. *Dona Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus.* Ae. 7.
Ae. 7. *Haud mora festinant votas suspendere vestes* Ae. 12.
Ae. 12. *Seruati ex vndis: precibusque exposcere pacem* Ae. 3.
Ge. 4. *Hi, quos durus amor crudeli tabe peredit:* Ae. 6.
Ge. 2. *Sponte sua veniunt puerique parentibus orbi:* Ae. 11.
Ae. 11. *Huc matres, miseræque nurus, quæ maxima turba est,* Ae. 6.
Ae. 5. *Dona ferunt, onerantque aras, Diuumque precantur;* Ae. 8.
Ae. 2. *Dat deinde auxilium Pater, admirantur & omnes.* Ge. 4.
Ge. 1. *Sæpè etiam steriles pressere ad pectora natos:* Ae. 7.
Ae. 5. *Vidisses animas imis exire sepulcris.* Ec. 8.
Ge. 2. *Quid maiora sequar? totum vulgata per orbem* Ae. 1.
Ae. 10. *Facta Patris, laudes cuncti se scire fatentur.* Ae. 11.
Ge. 1. *Tempore quanquam illo secreta in Sede latentes* Ae. 2.
Ae. 8. *Relligio cineres ipsius, & ossa Parentis* Ae. 5.
Ae. 1. *Extulit; at lacrymis oculos suffusa nitentes* Ae. 1.
Ae. 4. *(Nanque suo Patri, quo non præstantior alter,* Ae. 6.
Ae. 4. *Exiguum pretio posuit de marmore templum)* Ae. 4.
Ae. 7. *Ibat, at Hippolytus (qui vertice Montis ab alto* Ae. 7.

Gregorius IX. Pōt. ex Signiæ Comitib. quorũ Insigne est Aquila nigra, patria Anagninus, D. Dom. in Sanctorum Confessorum numerum retulit, cui cum D. Dom. summa familiaritas intercessit.

Nonnulla miracula D. Do. recensentur.

In Arca lignea antea positum D. Do. corpus in marmoreã deinde conditũ fuit, cui hac nostrã tẽpestate Mag Hippolytus Maria Beccaria à Mõteregali Generalis Romæ ele

ctus augustissimũ Sacellũ extruxit.

Ae. 1. Regalis, referens animo, manibusque Parentem — Ae. 12.
Ae. 1. Iura dedit, legesque viris, de gente vetusta — Ae. 10.
Ge. 4. Magnanimum Heroum: Tiberini ad fluminis vndam — Ae. 10.
Ge. 3. Quem legère ducem, nunc cassum lumine lugent — Ae. 2.
Ae. 12. Inuictæ gentes) longo post tempore venit, — Ec. 1.
Ae. 2. Haud ignota loquor, posuitque immania templa. — Ae. 6.
Ae. 3. Vidi egomet Parios lapides, spirantia signa, — Ge. 3.

Breuis eiusdẽ Sacelli descriptio, quod est è regione Sanctiss. Rosarij. Sanctorũ Ord. Præd. Imagines sunt circa Altare in eodẽ Sacello. Bononiẽses Sepulcrũ S. Dom. appellãt Arcã.

Ae. 12. Vidi oculos ante ipse meos operumque labores. — Ae. 1.
Ae. 7. Tectum augustum, ingens, æquataque machina cælo, — Ae. 4.
Ae. 1. Artificumq́; manu, & multo spectata labore — Ge. 1.
Ae. 3. Cernitur, attollunt se diua Rosaria contra. — Ge. 4.
Ae. 4. Stant Aram circum effigies ex ordine auorum, — Ae. 7.
Ae. 2. Incensi pendent lychni laquearibus aureis. — Ae. 1.
Ec. 7. Arca hic incolitur saxo fundata vetusto, — Ae. 8.
Ge. 1. Grandia quæ Patris gremio complectitur ossa, — Ae. 5.
Ae. 2. Relligione patrum nunquam concessa moueri, — Ae. 3.
Ae. 4. Erecta ingentes penetrali in sede sub auras. — Ae. 4.
Ae. 3. Fama volat, magno lata & clamore reportat — Ge. 3.
Ec. 5. Hæc nos relliquias, diuinique ossa Parentis — Ae. 5.
Ae. 6. Transportare: fremunt, animosque ad sidera tollunt — Ae. 9.
Ae. 5. Lætitia innumeræ gentes, populique volantes. — Ae. 6.
Ae. 2. Vndique visendi studio (mirabile dictu) — Ge. 2.
Ae. 12. Concurrunt Itali per limina læta frequentes. — Ae. 1.
Ae. 8. Iamque sacerdotes incensa altaria circum — Ae. 8.
Ae. 5. Agmine partito fulgent, cantare periti. — Ec. 10.
Ae. 2. Accingunt omnes operi, dulcedine læti — Ge. 4.
Ec. 9. Cantantes sublimè ferunt per strata viarum — Ae. 1.
Ec. 5. Et tumulum, tumulumque manu contingere gaudent — Ae. 2.
Ge. 4. Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ. — Ae. 6.
Ae. 6. Tandem transfertur, mediaque in valle theatri — Ae. 5.

Transfertur Arca S. Dominici.

Ae. 2. Insedit fulgens ingenti mole Sepulcrum. — Ae. 6.
Ae. 9. At tu magne Pater, cui nostra altaria fumant, — Ec. 1.

Precatio Auctoris ad D. Dominicum.

Ae. 4. Adsis ò, placidusque animis illabere nostris. — Ae. 3.
Ae. 10. Cernis vt insultet stygijs emissa tenebris — Ge. 3.

Diabolus.

Ae. 6. Noctes, atque dies immanis hiatibus Hydra, — Ae. 6.

Nec

Ae. 11.	*Nec cesset turbare animum, sensumq́, labantem.*	*Ae.* 4.
Ae. 2.	*Ergo age, care Pater, propius res aspice nostras,*	*Ae.* 1.
Ae. 6.	*Da dextram miseris semper miserate labores*	*Ae.* 6.
Ae. 2.	*Vnus Natorum: facilis descensus Auerni:*	*Ae.* 6.
Ae. 1.	*Nos tua progenies pacem te poscimus omnes,*	*Ae.* 11.
Ae. 6.	*Ne Pater omnipotens adigat nos fulmine ad vmbras,*	*Ae.* 4.
Ae. 8.	*Tartareas vmbras Erebi, noctemq́ue profundam,*	*Ae.* 4.
Ae. 1.	*Cum domus, & proles subitò defecerit omnis.*	*Ae.* 4.
Ae. 1.	*Parce pio Generi, & dubijs ne defice rebus,*	*Ae.* 6.
Ae. 6.	*Sedibus vt placidis quàm molliter ossa quiescant.*	Ec. 10.
Ge. 4.	*Magnanimumq́ue Ducem, fama super æthera notum,*	*Ae.* 1.
Ae. 8.	*LERMAE circunsta, custodi, & consule longe,*	*Ae.* 9.
Ae. 7.	*Et natos natorum, & qui nascentur ab illis.*	*Ae.* 3.

Auctor Ducẽ de Lerma, eius que progeniẽ D. Dominico commendat.

FINIS.

In translationem Corporis

SANCTI DOMINICI

E veteri in nouum sacellum. Ode.

Jo. Baptistæ Pinelli.

AETERNI soboles Iouis,
Nostræ quæ scopulos, curuaque littorum
Oræ, Melpomene, tenes,
Pennarum quatias remigium, & pete
Vrbem, nobile quæ decus
Doctrinarum, & apex celsior, incubat
Campit Felsineis, minor
Quos, & pauperior Rhenus aquæ, fluens
Contracto irrigat alueo.
Quod longè veneror pectoris intimo
Supplex, tu prece feruida, &
Flexis poplitibus sidus Iberiæ,
Et numen Calagurij
Illic vise inhians, & propius cole.
Proh dum vixit, vt omnium
Virtutum ille fuit vir! magis albicans
Tractus Sithonij vt niue
Mores enituit, cordis & abditum!
Illius precibus Deus
Vt rerum voluit plurima perfici
Mirè, luminibus diu
Natura attonitis quæ bibit insolens!
Ille, ille hæreticæ impijs
Primus nequitiæ fræna cohortibus

Iniecit valida manu;
Nec non eloquij fulmine proruit
Duræ perfidiæ agmina.
An cuncta inuolitans quæ stygijs sola
Terrarum imbuerat malis,
Non strauit violens ille licentiam?
An non æqui adamantinis
Culparum sylüas ille bipennibus
Vastas integer abscidit;
Humentem & nebulam vt vis Aquilonia,
Sparsit flagitij areas?
Agro Christicolum nobili anhelitu
Sic messes tulit vberes,
Non vmquam assiduis membra laboribus
Fessus. Sic penitus Deo
Dilectæ exhibuit signa vigil suæ
Latè militiæ, iacet
Quàcunque extrà hyemem, atque ignem habitabile.
Hinc Petri violentius
Nimborum validis ictibus anteà,
Et iactata Acherontijs
Hinc illinc animis, trabs habuit freti.
Pacata æquora. Iam lues
Monstrorum, ac scelerum prælia destinat
In nostræ fidei ratem
Frustra. Romulidum Pontificum hunc sacris
Multum nominis, & gregi
Christi haud exiguum roboris additum.
Sic ille haud trepidæ sibi
Quæsiuit meritis præmia gloriæ.
Sublimè illius euehat
Iure ergo titulos postera laus; neque
Summo obstet taciturnitas
Liuoris tenebris obsita nomini.

Iam tanti vt capitis vetus,
Ornetur tumulus, iure operosius
Molis Felsina regiæ
Non desiderijs saucia inanibus,
Arguta artificum manu
Extruxit superum sedibus igneis.
Iam quisquis volet Elida,
Aut Memphim, aut Ephesum, aut tollere Cariam
Posthac laudibus, ô vti
Mentis desipiat! qui lapidum, & nitens,
Et multi pretij labor
Illic conspicitur, quolibet arbitro
Longe secta Carystijs,
Nec non & Parijs marmora rupibus
Vincit. sorte beatior
Tu nostra ergo aderis, corpus vbi illius
Sublatum altè humeris pia
Gens aram è veteri transferet in nouam.
Pro qua candida virginum
Interfusa cohors mollia masculæ
Pubis, lætaque germina,
Extento egregias ordine per vias
Incedens, aget & Deo,
Pro tanto & superis munere gratias!
Vernis tempora floribus
Hanc qui dulce nitent, verticis hanc niues
Bruma aui graue qui gerunt;
Pergent compositis passibus insequi.
Omnes euehere inuicem
Concessi & patriæ numine cælitum
Tantum præsidij super
Certabunt solidis æthera laudibus.
Narcissi, & violæ, & rosæ
Matronæ è speculis diuite copia

Ningent

Ningent non sine liliis.
Omnis quin Tyriis semita purpuris,
Aulæisque decentius
Sternetur paries quilibet, & coma
Festa ornabitur arborum.
Costi illic nebulam, thuraque, Pieri,
Largè naribus hauries;
Cantus tergemini & dulcia, tibiæ &
Permistum cithara, & lyra
Mirè vrgentem animos excipies sonum
Aurita, ætheriæ domus
Qui suaui strepitu verberet arduum.

Auctor
A. R. P. Sacr. Theologiæ Magistro
F. INNOCENTIO GRANELLO
à Florentiola Ord. Præd.

Cuius hortatu opus hoc aggressus est.

Ae. 5. *O Patriæ, ò famæ meritò pars maxima nostræ,* *Ge.* 2.
Ae. 8. *Flos veterum, virtusq́ue virum: nūc accipe iussis* *Ec.* 8.
Ec. 8. *Carmina cœpta tuis: Simulacrum, orandaq́ue Diui,* *Ae.* 2.
Ae. 7. *Quo potui, veterum voluens monumenta virorum,* *Ae.* 3.
Ec. 5. *Carmine descripsi solido de marmore templa.* *Ae.* 6.
Ae. 5. *Quod superest, oro, si quid mea carmina possunt,* *Ae.* 9.
Ae. 12. *Quam pro me curam geris, hanc, precor, optime pastor,* *Ae.* 10.
Ae. 4. *Aggredere ò, meriti tanti non immemor vnquam.* *Ae.* 9.
Ae. 4. *Dum memor ipse mei, fluuios dum piscis amabit,* *Ec.* 5.
Ec. 5. *Dum iuga montis aper, dum spiritus hos reget artus,* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Semper honore meo, semper celebrabere versu.* *Ec.* 6.
Ae. 2. *Iamq́ue vale, & natum serua, mea maxima cura.* *Ae.* 1.

DEIOPEIA

ECLOGA

in Nuptijs

Illustrissimorum D. D.

IACOBI AVRIAE

ET BRIGIDAE

SPINVLAE.

Ad eosdem Illustriss.

D. D.

ILLVSTRISSIMIS

IACOBO AVRIAE, ET BRIGIDAE SPINVLAE,

Felicissimis Coniugibus, Patricijsque Genuensibus

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

Ae.12. O PRAESTANS animi Iuuenis, de gente vetusta Ae. 9.
Ge.14. Magnanimum Heroum: tuque ò pulcherrima Coniux, Ae.10.
Ae. 5. Accipite hæc animis manuum monumenta mearum. Ae. 3.
Ae. 3. Dona auro grauia, veterum monumenta virorum, Ae. 8.
Ae. 1. Ornatus Argiuæ Helenæ, mirabile donum, Ae. 1.
Ae. 1. Arte laboratas vestes, hæc munera vobis Ae. 5.
Ae.11. Largus opum, diues pictai vestis, & auri Ae. 9.
Ae. 5. Donet habere, viri non omnia possumus omnes. Ec. 8.
Ae. 5. Vobis lętus ego hæc præsenti munere dono, Ae. 5.
Ec. 3. Munera sunt lauri, quæ sunt mihi condita versu. Ec.10.
Ae. 3. Viuite felices, nati melioribus annis, Ae. 6.
Ae. 6. Concordes animis. Superi regnator Olympi Ae. 2.
Ae. 5. Interea pulcra faciat vos prole parentes. Ae. 1.

Placentiæ. V. Cal. Decembris. MDCV.

De

De ijsdem Anagramma.

Io. Baptistæ Pinelli.

Iacobus, et Brigida Auriae.
Abrade coetu basia iurgij.

O *Digna primis copula vatibus*
Tranquilla longi tempora sæculi
Degas. perennis pax foueat tui
Gratum cubilis; nec tibi masculæ
Formosa prolis germina deneget.
Verùm citato quò pede conuolent
Tam cara vobis præmia pro tua
Iam nunc virili non modo tristia,
Rixasque duri secubitus fuge;
Et cura cordi frigida non modò
Immittat atro vulnere non pigras
Mutare amaris dulcia viperas:
Sed vt nec ipsi deliciarum eat
Miscere sese vel minima æquori
Guttæ haud amoeni, dens male peruicax.
Et ne labellis imprimat vt notam,
Abrade coetu basia iurgij.

Eiusdem duplex Anagramma.

Brigida Auria.
Ira abigi dura.
Rigida abiura.

O *Mnibus* ira abigi dura, *at magè, Brigida sæuit*
Femineo in sæclo, vix minimum vnde fluit.
Tu rigida abiura, *& sis lenior, illa vt abacto*
Ne tibi coniugij turbet amore iecur.

DEIOPEIA

DEIOPEIA

ECLOGA

in Nuptijs

IACOBI AVRIAE ET BRIGIDAE SPINVLAE,

Iſta Aegles, ille autem Daphnidis perſonam ſuſtinet.

PERSONAE

DEIOPEIA, DRYADVM CHORVS.

Ae. 7. PANDITE nunc Helicona, Deæ, cantusque mouete, *Ae.*10.
Ae. 7. Quandoquidem magnorum haud vnquam indignus auorum *Ae.* 12.
Ae. 11. Ipſe peregrina ferrugine clarus IACO, *Ec.* 8.
Ae. 11. Haud Ligurum extremus, oſtroque inſignis, & Auro *Ae.* 4.
Ae. 7. (Aurum ingens genti nomen dedit, armaque fixit *Ae.* 1.
Ae. 5. Horridus alta petens pedibus Iouis Armiger vncis) *Ae.* 9.
Ae. 6. Ingreditur victor regali ſplendida luxu *Ae.* 1.
Ae. 4. Interiora domus, thalamoque in Coniugis aureo, *Ae.*12.
Ae. 12. Quam propter potuit duros perferre labores, *Ae.* 6.
Ae. 10. Nunc manet. O primùm dulces ante omnia Muſæ Ge. 2.
Ae. 10. Fatidicæ Mantus, precor, aſpirate canenti, *Ae.* 9.
Ae. 11. Coniugium optatum, & pulcros dicamus amores *Ec.* 10.
Ae. 6. Magnanimi Herois, quo non præſtantior alter *Ae.* 6.

Alludit ad familiam Auriā cuius inſigne est Aquila nigra.

Coniugis

Ec. 8. *Coniugis & forma insignis, viridiq́ iuuenta,* Ae. 5.
Ae. 12. *Cui genus a proauis ingens, de gente vetusta,* Ae. 9.
Ae. 3. *Hos mihi prædixit namque Asia Deiopeia.* Ge. 4.
Ae. 8. *Fortè die, medios cum sol accenderet æstus,* Ge. 4.
Ae. 6. *Multa inter sese præstanti corpore Nymphæ* Ae. 1.
Ge. 2. *Mollibus in pratis vario sermone ferebant:* Ae. 6.
Ae. 3. *Cum subitò è siluis pulcherrima Deiopeia,* Ae. 1.
Ae. 1. *Nuda genu, nodoque sinus collecta crepantes* Ae. 11.
Ec. 6. *Addit se sociam, timidisq́ superuenit, olli* Ae. 5.
Ae. 6. *Tollunt se celeres, auidæ coniungere dextras,* Ae. 1.
Ae. 1. *Instantque ardentes veniendi discere causas.* Ae. 6.
Ae. 6. *Tunc sic orsa loqui: Lætas aduertite mentes,* Ae. 5.
Ae. 11. *Expediam paucis, animos adhibete, sorores.* Ge. 4.
Ae. 9. *Tempore, quo hibernis parcebant flatibus Euri,* Ge. 2.
Ae. 4. *In nemus ire parant primæuo flore iuuentus* Ae. 7.
Ae. 4. *Venatum, magnos canibus circundare saltus,* Ge. 1.
Ge. 1. *Auritos lepores mens omnibus vna sequendi,* Ae. 10.
Ae. 3. *Et laqueis captare feras, & fallere visco.* Ge. 1.
Ae. 6. *Itur in antiquam siluam, lucosque sonantes,* Ge. 4.
Ae. 7. *Audaces gressumq́ canes comitantur herilem,* Ae. 8.
Ae. 4. *Tela sonant humeris, sonat arcus, & arma Dianæ* Ae. 11.
Ae. 4. *Postquam altos ventum in montes, effusa iuuentus* Ae. 7.
Ae. 9. *Venatu inuigilant, saltusque indagine cingunt,* Ae. 4.
Ge. 2. *Imbelles iaculo ceruos, cursuque fatigant.* Ae. 5.
Ae. 5. *Consonat omne nemus, colles clamore resultant.* Ae. 5.
Ae. 7. *Ipse inter primos præstanti corpore Daphnis,* Ec. 7.
Ae. 10. *Multa mouens animo siluas, saltusque peragrat.* Ae. 4.
Ae. 12. *Fulgentem hic arcumque manu, celeresque sagittas* Ae. 1.
Ae. 12. *Sustinet, eximiæ laudis succensus amore.* Ae. 7.
Ae. 7. *Ecce at spelunca subitò commota columba* Ae. 5.
Ae. 3. *Sacra Dionææ matri secat æthera pennis.* Ge. 1.
Ec. 5. *Daphnis at incedens melior, leuibusque sagittis,* Ae. 5.
Ae. 3. *Hanc vacuo lætam cælo speculatus, & alis* Ae. 5.
Ec. 1. *Ludentem, nigra figit sub nube columbam,* Ae. 5.
Ge. 3. *Concidit exanimis, vitamque reliquit in astris:* Ae. 5.

Ae. 8. *Tum ſic pauca refert: nemorum Latonia cuſtos,* Ae. 9.
Ae. 4. *Mens immota manet ſola contenta Diana,* Ae. 11.
Ae. 1. *Matris Acidaliæ ſublimem in nube columbam* Ae. 11.
Ae. 12. *Occidi, nomenque tuum, laudesque manebunt.* Ec. 5.
Ae. 2. *Ch. Num tulit hanc ſpeciem Veneris iuſtiſſima cura,* Ae. 10.
Ec. 8. *Improbus ille Puer, qui tela Typhoëa temnit?* Ae. 1.
Ec. 5. *D. Non tulit, irarumque omnes effudit habenas.* Ae. 12.
Ae. 2. *Ipſe manu lato criſpans haſtilia ferro,* Ae. 1.
Ae. 7. *Errabat ſiluis fama ſuper æthera notus,* Ae. 1.
Ec. 8. *Daphnis, cui media ſeſe tulit obuia ſilua* Ae. 1.
Ec. 6. *Aegle Naiadum pulcherrima, Iamque Cupido* Ge. 1.
Ae. 2. *Exultans telis cæli in regione ſerena* Ae. 8.
Ae. 3. *Conſtiterat, pariterque oculos, telumque tetendit:* Ae. 5.
Ae. 9. *Effugit horrendum ſtridens letalis arundo,* Ae. 4.
Ae. 5. *Nulli viſa citò, volat atri turbinis inſtar,* Ae. 12.
Ae. 9. *Et læuo infixa eſt lateri, mirabile dictu* Ge. 2.
Ec. 5. *Daphnidis, inſpirat ignem, fallitque veneno.* Ae. 1.
Ae. 4. *Vritur infelix, ſed res incognita turbat,* Ae. 1.
Ae. 12. *Illum turbat amor, figensque in Virgine vultum* Ge. 4.
Ae. 1. *Obſtupuit primo aſpectu, & vox faucibus hæſit,* Ae. 3.
Ae. 2. *Vt tandem fari potuit, ſic incipit ore:* Ae. 12.
Ae. 6. *O Virgo, noua mi facies, mea maxima cura,* Ae. 1.
Ec. 10. *Omnia vincit Amor creſcentis origine mundi,* Ge. 2.
Ae. 1. *Me quoque durus Amor crudeli tabe peredit,* Ae. 6.
Ae. 6. *Da dextram miſero, da non indebita poſco,* Ae. 6.
Ae. 12. *Victus amore tui requiem, ſpatiumque furori* Ae. 4.
Ae. 6. *Alma, precor, miſerere, mori me denique coges,* Ec. 2.
Ae. 7. *Iam matura viro, mærens carpère iuuenta,* Ae. 4
Ae. 4. *Solanè perpetua? fugit irreparabile tempus,* Ge. 3.
Ae. 12. *Vtere ſorte tua, quoniam conuenimus ambo.* Ec. 5.
Ae. 8. *Accipe, daque fidem, tua ſi mihi certa voluntas,* Ae. 7.
Ae. 1. *Coniugio iungam ſtabili, propriamque dicabo.* Ae. 4.
Ae. 2. *Sic fatus, magnoque animum labefactus amore* Ae. 4.
Ae 3. *Eſt conatus ibi collo dare brachia circum:* Ae. 6.
Ae. 6. *Illa autem manibus tendit diuellere nodos,* Ae. 2.

Tandem

Ae. 6. *Tandem proripuit sese, & tremefacta refugit* Ae. 12.
Ae. 6. *In nemus vmbriferum, & varia spe lusit amantem.* Ae. 1.
Ae. 10. *Ch. Nil validæ iuuere manus? D. Nihil omnibus actu.* Ae. 11.
Ec. 5. *Daphnis tum tali fugientem est voce secutus:* Ae. 1.
Ae. 11. *O Virgo, quis te nostris complexibus arcet?* Ae. 5.
Ec. 2. *Quem fugis ah demens? nympharum sanguinis vna?* Ae. 1.
Ge. 2. *Diues opum, diues pictai vestis, & auri* Ae. 9.
Ec. 5. *Daphnis ego, & fama multis memoratus in oris,* Ae. 7.
Ec. 3. *Et me Phœbus amat. Quærentem dicere plura* Ae. 7.
Ae. 8. *Impediunt socij magno clamore sequentes* Ae. 10.
Ec. 1. *Siluestrem capream, & surgentem in cornua ceruum.* Ae. 10.
Ae. 9. *Intendunt acres arcus, prædaque potiti* Ae. 9.
Ae. 1. *Omnes lætitia voces ad sidera iactant.* Ec. 5.
Ae. 3. *Sol ruit interea, & tandem decedere campis* Ge. 4.
Ge. 4. *Admonuit, tum tecta petunt, & limina nota,* Ae. 7.
Ge. 4. *Tecta petunt comites, & nocte teguntur opaca,* Ae. 4.
Ae. 8. *Instaurant epulas, læti conuiuia curant.* Ge. 1.
Ae. 11. *Ch. At Iuueni, magnum cui versat in ossibus ignem* Ge. 3.
Ec. 8. *Sæuus amor, tacitum vixit sub pectore vulnus?* Ae. 4.
Ae. 7. *D. Sepsit se tectis magno inflammatus amore,* Ae. 3.
Ae. 9. *Languescit moriens, premit altum corde dolorem,* Ae. 1.
Ge. 1. *Humida nec dulci declinat lumina somno.* Ae. 4.
Ge. 3. *Stare loco nescit, gemitus dat pectore ab imo,* Ae. 1.
Ae. 6. *Noctes atque dies obsedit limen Amatæ,* Ae. 7.
Ae. 9. *Crudelem quærens quamprimùm abrumpere lucem.* Ae. 4.
Ae. 10. *Agnouit longè gemitus innupta Puella,* Ae. 6.
Ae. 7. *Ardua tecta petit, rupitq; hanc pectore vocem.* Ae. 3.
Ge. 3. *Et quis te, Iuuenum confidentissime, nostras* Ge. 4.
Ge. 4. *Iussit adire domos? spe multum captus inani* Ae. 11.
Ae. 3. *Cessa meque tuis incendere teq; querelis.* Ae. 4.
Ae. 11. *Hæc fatur, seque ex oculis auertit, & aufert.* Ae. 4.
Ec. 8. *Ch. Crudelis Virgo, quæ te dementia cœpit?* Ec. 6.
Ae. 6. *Scilicet extremum hoc misero das munus amanti?* Ae. 4.
Ec. 9. *Certè equidem duris genuit te cautibus horrens* Ae. 4.
Ae. 4. *Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tigres.* Ec. 5.

D. Suspirans

Ae. 1. D. Suspirans, imoq; trahens à pectore, Daphnis, Ec. 5.
Ae. 6. Vocem his Aligerum dictis affatur Amorem: Ae. 1.
Ec. 2. O formose Puer, precibus si flecteris vllis, Ae. 2.
Ae. 12. Vlterius ne tende odijs, miserere precantis, Ae. 10.
Ae. 1. Nate patris summi, supplex tua numina posco: Ae. 1.
Ae. 12. Nympha decus fluuiorum, & pulcro pectore Virgo, Ae. 3.
Ae. 10. Qualis gemma micans, flammantia lumina torquens, Ge. 3.
Ae. 1. Virginis os, habitumque gerens me cepit amantem, Ge. 4.
Ec. 8. Sola hæc inflexit sensus, animumque labantem; Ae. 4.
Ae. 7. Odit at ipsa animos supplex submittere amori, Ae. 4.
Ae. 2. Et mea dicta negat duras demittere in aures, Ae. 4.
Ec. 10. Non illam nostri possunt mutare dolores: Ae. 1.
Ae. 10. Te precor vltricem pharetra deprome sagittam, Ae. 11.
Ae. 12. Det gemitus, hæc sit nostri medicina furoris, Ec. 10.
Ae. 4. Quam mihi cum dederis, semper celebrabere donis, Ae. 8.
Ae. 8. Semper honore meo. Nec plura effatus: at illi Ae. 8.
Ae. 1. Paret Amor; curuo direxit spicula cornu, Ae. 7.
Ae. 2. Effugiunt, sauæque petunt tum pectus inermum Ae. 10.
Ae. 11. Virginis, & viuo tentant præuertere amore. Ae. 1.
Ae. 4. Ardet amans; auidis vbi subdita flamma medullis, Ge. 3.
Ae. 2. Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Virgo Ge. 4.
Ae. 6. Olli sic breuiter vultum demissa profatur: Ae. 1.
Ae. 12. O præstans animi, Iuuenis, mea sola voluptas, Ae. 5.
Ec. 8. Nunc scio quid sit amor, veniam quocunque vocaris, Ec. 3.
Ae. 12. Do quod vis, quia nota mihi tua magna voluntas, Ae. 12.
Ae. 9. Rumpe moras omnes, confectum ætate Parentem Ae. 4.
Ae. 8. Alloquere, ac nostris succede penatibus, ille Ae. 1.
Ge. 4. Nanque dabit votis, quod tota mente petisti. Ae. 4.
Ae. 11. Auditis ille hæc placido sic edidit ore: Ae. 7.
Ae. 11. O decus Italiæ, grates persoluere dignas Ae. 1.
Ae. 1. Non opis est nostræ, quæ ritè incœpta parani Ae. 4.
Ae. 4. Perficere est animus, mecum modò vita supersit. Ge. 3.
Ae. 1. Sic ait; & niueis hinc, atque hinc Diua lacertis Ae. 8.
Ae. 8. Cunctantem amplexu molli fouet. isque repente Ae. 1.
Ae. 1. Oscula libauit, dextramq; amplexus inhæsit, Ae. 7.

Ae. 6. Acceleremus, ait, dij nostra incœpta secundent. Ae. 7.
Ae. 1. Ch. O fortunati, quid non speremus amantes? Ec. 8.
Ge. 3. D. Post hæc nona suos Aurora induxerat ortus, Ge. 4.
Ge. 2. Cum mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas, Ec. 3.
Ae. 3. Atque hæc deinde canit diuino carmine pastor: Ec. 6.
Ec. 8. O digno coniuncta Viro gratissima Coniux, Ae. 10.
Ec. 6. Te nemus omne canet, fluuios dum piscis amabit. Ec. 5.
Ae. 2. Incipio super his; animo gratissime nostro, Ae. 12.
Ec. 8. Mopso Nisa datur? edissere vera roganti. Ae. 2.
Ge. 1. Tum mihi responsum primùm dedit ille petenti: Ec. 1.
Ec. 7. Candidior cycnis, edera formosior Aegle, Ec. 6.
Ec. 9. Daphnis &, in siluis hinc vsque ad sidera notus, Ec. 5.
Ae. 8. Congressi iungunt dextras, thalamoque morantur, Ae. 7.
Ae. 3. Et iuncti licito tandem sermone fruuntur. Ae. 8.
Ec. 1. Pastores ouium, pueri, innuptæq; puellæ, Ge. 4.
Ae. 5. Vndique conueniunt, ingens concursus ad ipsos, Ae. 9.
Ae. 12. Lætitia exultant. tu nunc in montibus erras? Ec. 6.
Ec. 1. Carmina nulla canis? si fert ita corde voluntas, Ae. 6.
Ec. 7. Montibus his abeas, atque æquo fœdere amantes Ae. 4.
Ae. 7. Nunc pete virginibus socijs, sacraque caterua: Ae. 11.
Ae. 3. Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Daphnim, Ec. 8.
Ae. 2. Coniugiumque, domumque, patres, nomenque genusque Ae. 10.
Ge. 2. Carminibus patrijs. finem dedit ore loquendi. Ae. 6.
Ge. 2. Quare agite ò Nymphæ nemorum iam claudite saltus, Ec. 6.
Ec. 7. Nymphæ, noster amor, iuuat indulgere labori, Ae. 2.
Ec. 10. Carmina sunt dicenda, neget quis carmine Daphnim Ec. 7.
Ge. 3. Tollere? Ch. Ad astra ferem', amauit nos quoq. Daphnis. Ec. 5.
Ec. 10. Surgamus, Daphnimque tuũ tollamus ad astra. Ec. 5.
Ec. 9. D. Cantantes sublimè (minus via lædet) eamus. Ec. 9.
Ae. 8. Ch. Flos veterũ, virtusque virum pulcherrima proles, Ae. 6.
Ec. 5. Tu decus omne tuis; postquam tibi ducitur Vxor, Ec. 8.
Ge. 2. Parturit almus ager, fetu nemus omne grauescit, Ge. 2.
Ec. 8. Omnia nunc rident, fugiunt vasto æthere nimbi. Ae. 5.
Ae. 3. D. O felix vna ante alias pulcherrima Coniux, Ae. 10.
Ec. 2. Ecce ferunt Nymphæ calathis tibi Lilia plenis Ec. 2.

Purpureos

Ae. 6. *Purpureos spargunt flores, & carmina dicunt* — *Ae.* 6.
Ae. 1. *Multa tibi niuei liquida inter nubila cycni:* — *Ae.* 7.
Ae. 8. *Ch.Flos veterũ, virtusq́ue virum pulcherrima proles,* — *Ae.* 6.
Ec. 5. *Intonsi montes magnum, & memorabile nomen,* — *Ae.* 4.
Ec. 5. *Ipsa sonant arbusta, ipsæ iam carmina rupes.* — Ec. 5.
Ae. 3. *D. O felix vna ante alias pulcherrima Coniux,* — *Ae.* 10.
Ae. 12. *In te oculos referunt nil magnæ laudis egentem* — *Ae.* 5.
Ge. 4. *Matres, atque uiri per limina læta frequentes.* — *Ae.* 1.
Ae. 8. *Ch.Flos veterũ, virtusq; virum pulcherrima proles,* — *Ae.* 6.
Ge. 4. *Te dulcis Coniux, Lucinę experta labores,* — Ge. 4.
Ge. 2. *Felicem pulcra faciet te prole parentem.* — *Ae.* 1.
Ae. 3. *D. O felix vna ante alias pulcherrima Coniux,* — *Ae.* 10.
Ge. 1. *Scilicet & tempus veniet, cum hæc terra videbit* — *Ae.* 12.
Ae. 6. *Illustres animas, surget Gens Aurea mundo.* — Ec. 4.
Ae. 8. *Ch. Flos veterum, virtusq; virum pulcherrima proles,* — *Ae.* 6.
Ae. 8. *Nobis tam longè maneat pars vltima vitæ,* — Ec. 4.
Ae. 1. *Oramus, quantum sat erit tua dicere facta,* — Ec. 4.
Ae. 1. *Non nos carminibus vincet nec Thracius Orpheus.* — Ec. 4.
Ae. 3. *D. O felix vna ante alias pulcherrima Coniux,* — *Ae.* 10.
Ae. 11. *Egregius vates, & Phoebo digna locuti,* — *Ae.* 6.
Ae. 7. *Nomen in astra ferant, non omnia poßumus omnes.* — Ec. 8.
Ec. 9. *Sed tamen ista satis, peruentum ad limina sedis,* — *Ae.* 2.
Ge. 2. *Antiquasq́ue domos famæ melioris amantum,* — *Ae.* 4.
Ae. 12. *Conspectu in medio procerum maiora canemus.* — Ec. 4.

Io. Baptistam Pinellum intelligit.

FINIS.

EPITHALAMION
in Nuptijs
Serenissimorum
COSMI II.
MEDICIS
Magni Etruriæ Ducis IV. &c.
&
MARIAE MAGDALENAE
Archiducis Austriacæ.

Ad eundem

SERENISS. MAGNVM
Ducem.

SERENISS.

COSMO II. MEDICI

MAGNO ETRVRIAE
Duci IV. &c.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

EX ingenti mea gratiam tuam promerendi cupiditate, Serenissime Dux, nihil exprimere, vel expromere tenuissimæ vires meæ aptius potuerunt, quàm Epithalamij dedicationem, quod, simul ac de felicissimis nuptijs tuis fama percrebuit, concinnaui, & concinui. Hoc tu, COSME generosissime, Celsitudini tuæ dicatum, hilari vultu, neq. inuita manu vt accipias, ne ve tu tantus Heros rei tenuitatem despicias, te vehementer etiam atque etiam obsecro. Vale. Placentiæ Cal. Aprilis. MDCXIV.

EPITHALAMION

in Nuptijs Serenissimorum

COSMI II. MEDICIS

MAGNI ETRVRIAE DVCIS IV.

&

MARIAE MAGDALENAE

Archiducis Austriacæ.

Ae. 5. *AVRORAM Phaëthontis equi iam*
luce reducant; Ae. 2.
Ec. 9. *Fundat humus flores; vulgò nasca-*
tur amomum; Ec. 4.
Ec. 4. *Occidat & serpens; fugiant vasto*
æthere nimbi; Ae. 5.
Ec. 3. *Et nunc omnis ager, setu nemus omne grauescat;* Ge. 2.
Ae. 5. *Aequatæ spirent auræ; Iouis omnia plena;* Ec. 3.
Ec. 2. *Cum placidus ventis velatus arundine glauca* Ae. 10.
Ge. 2. *Tyrrhenus Tibris, cælo gratissimus amnis,* Ae. 8.
Ae. 5. *Ostendit latos humeros, crinemque madentem;* Ae. 4.
Ae. 4. *Nec non & comites gradiens supereminet omnes;* Ae. 1.
Ae. 11. *Etruscique Ducis diuina Palladis arte* Ae. 2.

Cosmi magni Etruriæ Ducis.

Insignis

Ae.11. *Insignis longe, fama, viridique iuuenta,* Ae. 5.
Ge. 4. *Magnanimum Heroum Nataque canit hymenæos.* Ae. 7.
Ae. 5. *Expectata dies longo post tempore venit,* Ec. 1.

Mariæ Magdalenæ Austriacæ.

Ae. 8. *Quam memori ducebam animo, rebarque futuram.* Ae. 6.
Ge. 4. *Haudquaquam fontes, & stagna virentia musco* Ge. 4.
Ge. 3. *Talem, & sub magna labentia flumina terra* Ge. 4.
Ae.12. *Videre, Ausonij cecinerunt omnia vates.* Ae. 5.
Ae. 4. *Felix o nimium felix terraque, marique* Ae.10.
Ae.10. *Vrbs Etrusca solo factura nepotibus vmbram,* Ge. 2.
Ec. 1. *Ipsi te insignem fama, & felicibus armis* Ae. 7.
Ge. 3. *Tollent, sublimemque ferent ad sidera cæli;* Ae. 1.
Ae. 6. *Aspice, progreditur magna stipante caterua* Ae. 4.
Ae. 2. *Ad soceros picto chlamydem circundata limbo,* Ae. 4.
Ae. 1. *Os, humerosque deæ similis pulcherrima Coniux,* Ae.10.
Ae.12. *Cui genus à proauis ingens pluuialibus Austris.* Ge. 3.

Eadem Austriaca.

Ae.12. *O præstans animi Iuuenis, mea maxima cura* Ae. 1.

Cosmus.

Ae.12. *Vtere sorte tua, thalamos ne desere pactos,* Ae. 10.
Ae. 2. *Aspicies animas dextra, læuaque frequentes,* Ae. 6.
Ae. 6. *Illustres animas cinctas fulgentibus armis,* Ae.11.
Ae. 1. *Quæ mare, quæ terras omni ditione tenebunt.* Ae. 9.
Ae. 6. *Parcere subiectis, & debellare rebelles* Ae. 6.
Ae.10. *His dabitur, moresque viris, & mœnia ponent.* Ae. 1.
Ec. 5. *Sis bonus ò felixque, tuos celebrant hymenæos* Ae. 7.
Ae.12. *Inuictæ gentes longe, lateque per vrbes.* Ae. 6.
Ae. 3. *O felix vna ante alias sanctissima Coniux* Ae.11.

Maria Magd. sic apud Virgilium sanctissima pro castissima.

Ge. 1. *Alta petens varijs Florentia limina sertis,* Ae. 4.
Ae. 5. *Iuppiter omnipotens ter cælo clarus ab alto* Ae. 7.
Ae. 2. *Intonuit læuum, liquida inter nubila cycni* Ae. 7.
Ae. 3. *Ter cætu cinxere polum, cantusque dedere.* Ae. 1.
Ae. 6. *Regifico luxu, centum sublime columnis* Ae. 7.
Ae. 7. *Tectum augustum, ingens, adeas pede, Diua, secundo.* Ae.10.
Ae. 9. *Princeps Heroum laudes, & facta parentum* Ec. 4.

Cosmus.

Ae.12. *Hic tibi, iam fama totum vulgata per orbem,* Ae. 1.
Ae. 12. *Multa manu MEDICA pugnataque in ordine bella,* Ae. 8.
Ae. 11. *Tyrrhenosque Duces, genus insuperabile bello* Ae. 4.

Expediet,

	Ae. 3.	*Expediet, prima repetens ab origine ſamam.*	Ge. 4.
	Ae. 4.	*Interiora domus regali ſplendida luxu*	*Ae.* 1.
	Ge. 1.	*Ingredere, auguſti ſubter faſtigia tecti*	*Ae.* 8.
	Ae. 6.	*Aſpicies patribus multos ſeruata per annos*	*Ae.* 2.
	Ae. 1.	*Scuta virum, galeas, rorantes ſanguine criſtas,*	*Ae.* 11.
	Ae. 11.	*Frenaque, feruenteſque rotas, enſeſque decoros,*	*Ae.* 11.
	Ae. 2.	*Ardentes clypeos, ereptaque roſtra carinis,*	*Ae.* 7.
	Ae. 11.	*Telaque trunca virum, currus, curuaſque ſecures,*	*Ae.* 7.
	Ae. 2.	*Quondam rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa,*	Ge. 3.
	Ae. 12.	*Deſertore Aſiæ ſpolia & de rege ſuperbo.*	*Ae.* 11.
Coſmus, & Maria Magd.	*Ae.* 9.	*Fortunati ambo nati melioribus annis,*	*Ae.* 6.
	Ae. 6.	*Concordes Animi ſpes, & ſolatia noſtri,*	*Ae.* 8.
	Ae. 9.	*Nulla dies vnquam nodos, & vincula rumpet.*	*Ae.* 5.
	Ae. 3.	*Viuite felices ò terque quaterque beati,*	*Ae.* 1.
	Ge. 1.	*Progeniem, totum quæ viribus occupet orbem,*	*Ae.* 7.
	Ae. 2.	*Aſpiciam, poſitis miteſcent ſecula bellis.*	*Ae.* 1.
	Ae. 1.	*Dixit, & inde lacu fluuius ſe condidit alto*	*Ae.* 8.
	Ae. 8.	*Tibris, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.*	*Ae.* 5.

FINIS.

De

De Tyrrhenæ claſsis, aduerſus Turcas victorijs, ſub auſpicijs SERENISSIMI COSMI II. MEDICIS Magni Etruriæ Ducis IV.

ANAGRAMMA AVCTORIS.

Coſmus Medices Magnus Etruriae Dux, etc^a.
Te caeſum dic : dextra, meum cor, agnus Ieſus.

CLIO.

REx Aſiæ vt vidit lunatis agmina peltis,
Deuictosque duces, fractaſque in littore puppes,
Relliquias Martis Tyrrheni, exarſit in iras
Terribilis, ſpumasq; agitans rabido ore cruentas,
Ite, ait, Etruſcoque Duci hæc mea dicta referte:
Te ne ego, parue puer, vix matris ab vbere raptum,
Vaſtatorem Aſiæ, exuuijs Orientis onuſtum
Aſpicio domitor, debellatorq; ferarum?
Optatis fortuna tuis, contraria noſtris,
Annuet haud ſemper, mutabit lubrica luſus;
Nec miſeram effugies mortem, dabis improbe pœnas.
At Princeps Magnus, cui fortis Etruria paret,
Coſmus ad hæc: Polypheme miſer, Mauortis & vmbra;
Quisquis ego, neque te, neque dicta inſana paueſco.
Si toties fractæ noſtro ſunt milite claſſes,
Non auctor fortuna fuit, regnator Olympi
Ipſe manu Medica armipotens tuaque agmina ſtrauit;
Diſiecitque rates, dedit atque hoſtile trophæum.
Hoc duce te caeſum dic; *teque, minaſque leonum*
Sperno; dextra, meum cor *nanque eſt* agnus Ieſus.

ΧΡΗΣΜΩΔΙΑ

Ad Sereniſſ.

ALFONSVM

&

ALOYSIVM

ESTENSES,

Mutinæ Regij, &c. Principes.

Ad Serenissimos Principes

ALFONSVM, ET ALOYSIVM FRATRES ESTENSES.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

Ae. 11. AMBO animis, ambo insignes præstantibus actis, Ge. 1.
Ae. 6. ESTE DVCES, nulli veterum virtute secundi, Ae. 11.
Ae. 5. Accipite hæc animis, monumentum, & pignus amoris, Ae. 5.
Ge. 4. Carmina quæ lusi multos seruata per annos Ae. 2.
Ge. 4. Illi Virgilio quo non præstantior alter. Ae. 6.
Ae. 3. Viuite felices antiquæ ab origine gentis, Ae. 1.
Ae. 12. ESTE boni, longè maneat pars vltima vitæ Ec. 4.
Ae. 5. Vobis, ac toto surget gens aurea mundo. Ec. 4.

Placentiæ. Cal. Aprilis. MDCVII.

AD SERENISS.

ALFONSVM ESTENSEM

MVTINAE,

Et Regij Principem.

ERIDANVS.

Nomen patris, & matris. Alphonsum Auum.

Ae. 12. O*PRAESTANS animi IVVENIS, pulcherrima proles* Ae. 6.
Ge. 1. *Cæsaris, hinc & Virgineæ mirabile monstrum,* Ae. 9.
Ae. 12. *Nomine Auum referens, animo, manibusque Parentes,* Ec. 4.
Ae. 4 *Num tu carminibus nostris indictus abibis?* Ae. 7.
Ge. 4. *Haud ego cuncta meis amplecti versibus opto,* Ge. 2.
Ge. 3. *Cuncta mihi, ALPHONSE, folijs ornatus oliuæ* Ge. 3.
Ge. 1. *Fluuiorum Rex Eridanus tuaq; optima facta* Ae. 10.
Ae. 3. *Prædixit, præter solitum dulcedine lætus.* Ge. 1.
Ae. 3. *Pauca tibi è multis, non omnia possumus omnes,* Ec. 8.
Ae. 11. *Expediam, fretus cithara, fidibusque canoris* Ae. 6.
Ae. 10. *Fatidicæ Mantus: cæptis ingentibus adsis.* Ae. 10.
Ae. 10. *Populeas inter frondes consederat herbæ* Ae. 5.
Ge. 4. *Eridanus, talesque effudit pectore voces:* Ae. 5.
Ae. 8. *Cingite fronde comas præstanti corpore Nymphæ,* Ae. 1.
Ec. 5. *Spargite humum folijs, iuuat indulgere choreis,* Ae. 9.
Ae. 2. *Ignari scelerum pueri, innuptæque puellæ,* Ae. 6.

Matres,

Ge. 4. *Matres, atque viri sollemnes ducere pompas* Ge. 3.
Ge. 3. *Ad delubra iuuat, pertentent gaudia pectus:* Ae. 1.
Ae. 10. *Quod votis optastis adest, Iouis omnia plena:* Ec. 3.
Ge. 2. *Ferrea Progenies, genus alto à sanguine diuum,* Ae. 5. Quia Ferrariæ orta est.
Ae. 1. *Nascetur, magnum cæli ventura sub axem.* Ae. 6.
Ge. 4. *(Longius at voluens fatorum arcana mouebo)* Ae. 1.
Ae. 9. *Ora Puer prima signans intonsa iuuenta,* Ge. 3. Alphonsum intelligit.
Ge. 4. *Ingentes animos angusto in pectore versans,* Ae. 6.
Ae. 9. *Ante annos animumque geret, curasque viriles.* Ae. 3.
Ge. 4. *Quid faciet mox cum matura adoleuerit ætas* Ae. 12.
Ae. 5. *Hic Puer? eximiæ laudis succensus amore,* Ae. 7.
Ec. 2. *Iampridem veterum non immemor ille parentum,* Ae. 5.
Ae. 6. *Noctes, atque dies diuinæ Palladis arti* Ae. 2.
Ec. 8. *Incumbet, se tum tellus iactabit Alumno.* Ae. 6.
Ae. 8. *Præcipitare moras, virtutem extendere factis,* Ae. 6.
Ge. 4. *Huius erunt artes, pacique imponere morem,* Ae. 6.
Ae. 6. *Parcere subiectis, sceleratam excindere gentem,* Ae. 9.
Ae. 7. *Tutari Italiam, detrudere finibus hostes.* Ec. 10.
Ae. 1. *Intus aget Deus, atque opera ad maiora remittet.* Ae. 12.
Ae. 11. *Largus opum, & lingua melior iustissimus vnus* Ae. 2.
Ae. 1. *Iura dabit, moresque viris, & mœnia ponet,* Ae. 1.
Ae. 5. *Muneribus cumulans nil magnæ laudis egentes.* Ae. 5.
Ge. 2. *Quid maiora sequar? pietate insignis, & armis,* Ae. 6.
Ae. 8. *Arduus arma tenens, & grandia Lilia quassans,* Ec. 10. Alludit ad insignia Estẽsium, quæ sunt Lilia & Aquilæ.
Ae. 8. *(Arma, Iouis Volucres, alarum verbera nosco)* Ae. 12.
Ae. 6. *Proferet imperium super & Garamantas, & Indos,* Ae. 6.
Ae. 2. *Haud ignota loquor, diuum genus aurea condet* Ae. 6.
Ae. 1. *Sæcula, venturo lætentur vt omnia sæclo.* Ec. 4.
Ae. 6. *Regis Romani tremat ictibus ærea Puppis,* Ae. 5. Romana Eccl. quæ & puppis Petri dicitur.
Ae. 8. *Victor ab Auroræ populis fulgentibus armis* Ae. 2.
Ae. 12. *Deiecturum arces Italum summasque minetur:* Ae. 12. Rex Turcarũ.
Ae. 9. *Fertilis Ausoniæ certetur limine in ipso,* Ae. 8.
Ge. 3. *Gens effrena virum, Stygijs emissa tenebris,* Ge. 3.
Ae. 7. *Agmina in arma vocet subitò, tremat excita tellus* Ae. 12.
Ae. 3. *Aere cauo, telorum, & ferreus ingruat imber:* Ae. 12. Bombardam vulgus vocat.

Ae. 8. *Ne belli terrere minis, Oenotria tellus,* *Ae.* 7.
Ec. 1. *Non vnquam somnos abrumpat cura salubres,* *Ge.* 3.
Ae. 3. *Italia, omnipotens, rerum cui summa potestas,* *Ae.* 10.
Ae. 9. *Auxilium solitum demittet ab æthere summo;* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Parce metu, medias acies, mediosque per ignes* *Ae.* 7.
Ae. 10. *Expertum bello Iuuenem præstantibus armis,* *Ae.* 11.

Alphonsum

Ae. 1. *Eoas qui acies, florentes ære cateruas,* *Ae.* 8.

Turcarum ran num.

Ae. 12. *Desertorem Asiæ, lunatis agmina peltis* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Contundet, magnorum haud vnquam indignus Auorũ;* *Ae.* 12.

Hæreticos falsos fratres christianorum.

Ae. 1. *Qui coniuratos cælum rescindere fratres* *Ge.* 1.
Ge. 3. *Vulneribus crebris Stygias detrudet ad vndas;* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Aspicies, sobolem magnum Iouis incrementum.* *Ec.* 4.
Ae. 6. *Hic vir hic est, tibi quem promitto sæpius, hic* EST *Ae.* 11.
Ae. 4. ENSIS *erit, nulli veterum virtute secundus.* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Præsidium Ausoniæ, mea magna potentia solus,* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Nomen aui referes, viuusq; per ora feretur* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Semper honos, nomenque tuum, multosque per annos* *Ge.* 4.
Ae. 9. *Te superesse velit superi Regnator Olympi.* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Spero equidem afflictis melius confidere rebus:* *Ae.* 1.

Nuptias inter Alphonsum, & Isabellam Taurini Ducis filiã prædicit.

Ae. 6. *Te quoque magna manet, non hæc sine numine diuũ,* *Ae.* 2.
Ge. 4. *Te dulcis* Coniux*; animis, Tauroque superbus* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Princeps, & fama multis memoratus in oris;* *Ae.* 7.
Ae. 2. *Te adiungi generum miro properabit amore.* *Ae.* 7.
Ae. 2. *Dij patrij seruate Domum, natosque, patresque,* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Stet fortuna Domus, & aui numerentur auorum,* *Ge.* 4.
Ae. 6. *Aeternùmque regant patrijs virtutibus orbem* *Ec.* 4.
Ae. 3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab istis.* *Ae.* 2.
Ae. 12. *Hæc vbi dicta, lacu Fluuius se condidit alto,* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Intonuit læuum cæli de parte serena* *Ae.* 9.
Ae. 10. *Omnipotens, totum & nutu tremefecit Olympum.* *Ae.* 10.

FINIS.

Ad

Ad Sereniss. Aloysium Estensem Mutinæ, ac Regij Principem.

Ae. 11. O DECVS Italiæ, nec te memorande silebo Ae. 10.
Ae. 9. *Macte noua virtute Puer, nunc ipsa vocat res,* Ae. 9.
Ae. 11. *Dicam equidem, stimulos sub pectore vertit Apollo* Ae. 6.
Ae. 10. *Fatidica Mantus, nouit nanque omnia Vates.* Ge. 4.
Ae. 4. *Sed quis erit modus? aut quo prima exordia sumam?* Ae. 4.
Ec. 5. *Fortunate Puer, audacibus annue cœptis.* Ae. 9.
Ec. 5. *Tu decus omne tuis, postquam te Cæsaris astrum* Ec. 9.
Ae. 2. *Virginea insignis facie, viridique iuuenta* Ae. 5.
Ae. 2. *Alma parens partu sub luminis edidit auras,* Ae. 7.
Ae. 3. *Ecce tibi niuei liquida inter nubila cycni* Ae. 7.
Ae. 8. *Nascenti cinxere polum, cantusque dedere.* Ae. 1.
Ec. 5. *Ipsi lætitia voces, mirabile dictu,* Ae. 1.
Ec. 5. *Intonsi montes; sonuerunt omnia plausu.* Ae. 5.
Ae. 2. *Vix tandem primo depulsus ab vbere matris,* Ge. 3.
Ae. 4. *Mens immota manet, quoniam est oblata facultas* Ge. 4.
Ae. 9. *Ante annos, diuum effigies, & templa tueri.* Ae. 7.
Ae. 2. *Palladis auxilijs laudum perculsus amore,* Ae. 9.
Ae. 8. *Haud incerta cano, virtutem extendere factis* Ae. 6.
Ae. 10. *Incipis, & sano iuuat indulgere labori* Ae. 2.
Ae. 12. *Ipse suas artes, sua munera magnus Apollo* Ec. 3.
Ae. 10. *Donat habere, quibus cælo te laudibus æquet.* Ae. 11.
Ae. 10. *Nam te Parnassi deserta per ardua dulcis* Ge. 3.
Ge. 3. *Raptat amor, pulcro & veniens in corpore virtus,* Ae. 5.
Ae. 2. *Ast vbi iam matura virum te fecerit ætas,* Ec. 4.
Ae. 12. *In te oculos referent, nil magnæ laudis egentem,* Ae. 5.
Ae. 2. *Et trepidæ matres, pueriq; parentibus orbi* Ae. 11.
Ae. 1. *Ad te confugient miserantem incommoda nostra,* Ae. 8.
Ae. 12. *Tu requies miseris, curæ casusque leuamen.* Ae. 3.

Nomen patris, & matris Aloysij.

I 2 O fortunati

Ae. 1.	*O fortunati nati melioribus annis!*	*Ae.* 6.
Ae. 3.	*Vobis parta quies, redeunt Saturnia regna,*	*Ec.* 4.
Ae. 10.	*Omnipotens, cælum, & terras qui numine torquet,*	*Ae.* 4.
Ae. 1.	*Insignem pietate Virum demisit Olympo.*	*Ae.* 4.
Ae. 1.	*Perge modo, & qua te ducit via dirige gressus,*	*Ae.* 12.
Ec. 2.	*O formose Puer, ingentibus omnia cœptis*	*Ae.* 9.
Ae. 9.	*Spondeo digna tuis magnam Mauortis ad Vrbem,*	*Ae.* 6.
Ge. 4.	*Magnanimum Heroum non inferiora secutus*	*Ae.* 6.
Ge. 4.	*Mores, & studia, & virtutem, animosque viriles.*	*Ae.* 3.
Ec. 1.	*Tunc & oues vltrò fugiet lupus, aurea duræ*	*Ec.* 8.
Ec. 8.	*Mala ferent quercus, feret & rubus asper amomum:*	*Ec.* 3.
Ec. 2.	*Montibus, & siluis venient ad pocula damæ*	*Ec.* 8.
Ec. 8.	*Cum canibus timidi; flauescet campus arista,*	*Ec.* 4.
Ae. 6.	*Sponte sua, atque rubens pendebit sentibus vua,*	*Ec.* 4.
Ec. 7.	*Fraxinus in siluis sudabit roscida mella.*	*Ec.* 4.
Ae. 5.	*Quod superest, oro, Fratrem ne desere Frater:*	*Ae.* 10.
Ae. 12.	*Ille quidem fama multis memoratus in oris*	*Ae.* 7.
Ae. 11.	*Tandem post varios hominumque, orbisque labores,*	*Ae.* 2.
Ae. 12.	*Oblato gaudens solio, sceptrisque paternis*	*Ae.* 10.
Ae. 1.	*Iura dabit, legesque viris; noctesque diesque*	*Ae.* 6.
Ge. 2.	*Tuque ades, inceptoque vna succurre labori,*	*Ge.* 3.
Ae. 10.	*Egregij Vates, & Phœbo digna locuti*	*Ae.* 6.
Ae. 7.	*Nomen in astra tuum magnum, & memorabile nomen,*	*Ae.* 4.
Ec. 9.	*Cantantes sublimè ferent terraque marique:*	*Ae.* 10.
Ae. 4.	*Ipse tibi omnipotens, rerum cui summa potestas,*	*Ae.* 10.
Ge. 3.	*Nec sum animi dubius, meritis pro talibus annos*	*Ae.* 1.
Ge. 1.	*Tercentum dabit, & magna inter præmia ducet.*	*Ae.* 12.
Ec. 9.	*Sed tamen ista satis, iam desine tibia versus.*	*Ec.* 8.
Ae. 7.	*Nec plura, ALLVISI, ante oculos astare iacentis*	*Ae.* 3.
Ec. 10.	*Carmina pastoris modulans alterna notaui.*	*Ec.* 5.
Ae. 3.	*Hac sunt, quæ nostro licuit tua dicere facta*	*Ec.* 4.
Ge. 4.	*Carmine, tum melius, cum veneris ipse, canemus.*	*Ec.* 9.

FINIS.

IN

Auſpicijs Academiæ

ANIMOSORVM

CREMONAE

Luſus.

Ad perilluſt. Adoleſcentes

IO. BAPTISTAM,

&

CLAVDIVM CAVVCIOS

Fratres.

Perillustribus Adolescentibus

IOANNI BAPTISTAE,

&

CLAVDIO CAVVCIIS

Fratribus,

Patricijs Cremonensibus.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

SEPTIMVS, ni fallor, iam annus agitur, cum ego in isto Cremonensi D. Dominici Cœnobio Lectoris, vt vocant, munere dum fungerer, Centonem succisiuis horis ex Virgilio distractum, quo primum tempore vestra Animosorum Academi fuit instituta, concinnaui, & calamo etiam descriptum per litteratorum hominum manus, quibus ista

vestra ciuitas, tanquam omnium optimarum artium officina, semper abundauit, amicorum precibus coactus, exire permisi. Hanc lucubrationem, qualis qualis est, cum in lucem vna cum nonnullis alijs meis scriptis in præsentia proferre constituerim; vobis potissimum, Adolescentes & natalium, & virtutis splendore iuxta nobiles, dicare volui, non ob eam tantummodo causam, quòd vos illam aliquando, quæ vestra fuit incredibilis ingenij suauitas, cũ voluptate legistis, voceque, & scripto laudastis; sed etiam quia in nobilissima Academia propter eximiam indolem, & egregias virtutes, quibus in ista ætate omnes ęquales vestros longo interuallo superatis, non postremum locum adepti estis; & quia cum hoc meo labore præclarius actũ iri, quòd vos assertores, & defensores, quàm quòd me Auctorem nactus sit, persuasissimum habeo. Accipite igitur, Adolescentes ornatissimi, hilari fronte munusculum; & quemadmodum ego beneuolentiam in vos meam, ex vestris ortam virtutibus, dum viuam, conseruare, & in dies augere conabor; ita vos, qua cœpistis, humanitate me prosequi, vt vestri similes semper sitis, omni tempore pergite. Valete.

Placentiæ. Cal. Aprilis. MDCXIV.

De Academia
ANIMOSORVM CREMONAE
Jo. Baptista Cauucÿ
ANAGRAMMATA.

I.

Academia Cremonensis.
En cara Deo micans meis.

Q*Vid mirum, toto pandam quod nomen in orbe,*
Et videar radios mittere clara nouos?
En ego cara Deo, *atque* micans, *patriæ decus ingens,*
Sum lux, atque iubar ciuibus ipsa meis.

I I.

Cremonensis Animosorum Academia.
Vnica es sine modo ac mira Marone.

I*Am Maro Castalidum coluit iuga summa* Cremonæ,
Concinuit laudes non tamen ille tuas.
Arte sed insolita nolens te tollit ad astra,
Nescius & laudes hinc negat, inde refert.
Vrbs felix, cuius felix Academia plectro
Dulcis & auratæ tollitur alma chelys!
Vnica es ac sine *sola* modo *tu* mira Marone,
Scilicet hoc præstat Spadius ipse tibi.

Ioannes

III.

Ioannes Baptiſta Spadius Lector Dominicanus.
Ipſa ſonans plauſus tibi do deuincta Cremona.

IPſa ſonans plauſus tibi do deuincta Cremona,
Atque excita tuis cantibus ipſa cano,
Qualis vbi roſeo diffundit lumine Phoebus
Lampada, & igniuomas fundit vbique faces;
Dulcis ab excelſo guſtans Philomela ſuſurros
Aethere, dulciloquos promit amica ſonos.
Geſtit, ouat, variat cantus, & læta ſuſurro
Cantantis Prognes garrula ſæpe canit.
O dulcis Philomela canens modulamine dulci
Tu Spadi! exoptet quis mage dulce melos?
Virgilius cantat, cantus imitaris, & inde
Alternans dulces promis ab ore ſonos.
Prome igitur cantus, tibi nam deuincta Cremona
Semper ero, & plaudam plauſibus ipſa tuis.

IV.

Academia Animoſorum Cremonae.
Es decora anima, ac amor omnium.

E*Xcitat flores Zephyrus tepenti*
Spiritu, terras hyacinthus ornat,
Et roſæ fundunt varios colores,
Hinc amor florum, decus, ac virentis
Dicitur campi, pater, atque vita.
Plaudite ò coetus iuuenum, ſenumque,
Nam nouus flatu Zephyrus fauenti
Pingit & campos, animoſque noſtros,
Dotibus complet, decoratque mentes.
Omnium es *ſane tu* amor *es* Cremonae
Flatus es nobis, anima ac decora.

Gens Animoſa.

De

De eadem Anagrammata

Claudij Cauucij.

I.

Academia Animoſorum Crem[is].
Dia micas, ac (o mirum) Marone es.

D Iceris ingenuas felix, Academia, ob artes;
Dotibus ac felix terque, quaterque tuis.
Dia, micas, ac (o mirum) *celebrata* Marone es:
Nominis id produnt grammata mota tui.

I I.

Academia Animoſorum.
O Maro, amas me, an vi?

S Vſpiciens Animoſa Cohors *tua carmina, Spadi,*
Protinus hos inhians protulit ore ſonos:
O Maro, amas me, an vi *ſic concinis? at ſit vtrumuis;*
Te facere id cogit Spadius arte noua.

In Auſpicijs

ACADEMIAE ANIMOSORVM CREMONAE, LVSVS.

Ae. 10. F*ATIDICAE Mantus dulces ante omnia muſæ,* Ge. 2.
Ae. 6. *Sit mihi fas audita loqui, ſua quemque voluptas* Ec. 2.
Ae. 9. *Trona trahit, ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Forte die (tardis ingens vbi flexibus errat* Ge. 2.
Ge. 1. *Fluuiorum rex Eridanus vicina Cremonæ* Ec. 9.
Ae. 2. *Inter opima virumque arentia temperat arua)* Ge. 1.
Ge. 3. *Luciferi primo cum omnes populoſque, patreſque* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Mollibus è ſtratis opera ad lux ſuſcitat alma;* *Ae.* 8.
Ae. 11. *Mœnibus in patrijs antiquæ ab origine gentis* *Ae.* 1.

Maximilianus Trecchus.

Ge. 1. *Maximus, & fama multis memoratus in oris,* *Ae.* 7.
Ge. 4. *Mores, & ſtudia, & populos decora alta parentum,* *Ae.* 2.
Ae. 7. *Quin etiam veterum ſacris in poſtibus arma,* *Ae.* 7.
Ae. 4. *Ductoresque alios inſigni laude ferebat.* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Forte recenſebat totum vulgata per orbem* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Fortia facta patrum, pugnataque in ordine bella.* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Cum ſtupet, obtutuque hæret defixus in vno* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Interiora domus, regali ſplendida luxu,* *Ae.* 1.

Io. Baptiſta Ala.

Ae. 11. *Largus opum, & lingua, melior ſed lumine Ianus* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Intrat, cui virtus, animusque in pectore præſens.* *Ae.* 5.
Ae. 6. *Huius in aduentu hæc effudit pectore dicta* *Ae.* 7.

Maximilianus

Ae. 1. *Maximus: ò famæ meritò pars maxima noſtræ,* Ge. 2.
Ae. 2. *Noſtrorum quæ tanta animis ignauia venit?* *Ae.* 11.

Omnia

Ae. 7. *Omnia sub pedibus primæuo flore Iuuentus* Ae. 7.
Ge. 2. *Subiecit, virtutem antiquam, animosque viriles.* Ae. 3.
Ae. 11. *Hic Iuuenes læti inter se conuiuia curant* Ge. 1.
Ec. 5. *Ante focum, si frigus erit, si messis, in vmbra:* Ec. 7.
Ae. 1. *Postquam exempta fames epulis, ante ora parentum* Ge. 4.
Ae. 2. *Porticibus longis, & circum tecta vagantur,* Ge. 3.
Ae. 2. *Aedibus in medijs (id rebus defuit vnum)* Ae. 12.
Ae. 6. *Noctes atque dies iuuat indulgere choreis,* Ae. 9.
Ae. 7. *Per medias vrbes sollemnes ducere pompas* Ge. 3.
Ae. 7. *Idem omnes simul ardor agit: sic itur ad astra?* Ae. 9.
Ge. 1. *Heu male apud memores veteris stat gratia facti!* Ae. 4.
Ae. 11. *Hanc patriam peperere suo qui sanguine nobis* Ae. 11.
Ae. 6. *Magnanimi Heroës, nati melioribus annis,* Ae. 6.
Ae. 1. *Non torpere graui passi sua regna veterno,* Ge. 1.
Ae. 9. *His amor vnus erat moliri laude laborem.* Ae. 4.
Ae. 8. *Contra autem magni Iuuenes, fortissima corda,* Ae. 5.
Ae. 2. *(Haud ignota loquor) somno, vinoque sepulti* Ae. 9.
Ge. 3. *Otia agunt, mæstum & musa solantur amorem.* Ae. 10.
Ae. 11. *Hic amor, hoc studium, his labor est, ea cura quietos* Ae. 4.
Ae. 11. *Sollicitat, suadetque; & crimina noxia cordi* Ae. 7.
Ae. 1. *Ipsa dolos, dirumque nefas in pectore versat.* Ae. 4.
Ae. 6. *Iampridem cupio euerso succurrere sæclo,* Ge. 1.
Ae. 10. *Et seruare modum, cara & præcepta parentum,* Ae. 5.
Ae. 6. *Otia quo rumpam Patriæ, residesque moueri* Ge. 2.
Ae. 6. *Quo simul & tantos possim superare labores.* Ae. 3.
Ae. 3. *Talia fundebat, oculosque sub astra tenebat.* Ae. 5.
Ae. 6. *Atque huic responsum paucis ita reddidit Ala:* Ec. 2. Io. Bapt. Ala.
Ec. 5. *Iampridem veterum voluens monimenta virorum,* Ae. 3.
Ae. 5. *Cum mihi prima genas vestitat flore iuuenta,* Ae. 8.
Ae. 6. *Corpora natorum multos ignaua per annos* Ge. 2.
Ae. 3. *Palladis armisonæ volui exercere labores.* Ae. 11.
Ae. 5. *Nunc quoque mens eadem perstat mihi pectore in isto.* Ae. 8.
Ae. 4. *Sed quis erit modus? aut quæ nunc fortuna sequetur?* Ae. 10.
Ge. 1. *Maximus hæc illi placido sic reddidit ore.* Ae. 11. Maximilianus
Ae. 9. *Est hæc, est quæ nunc animo sententia constat.* Ae. 5.
Ae. 8. *Vnà omnes Iuuenum primi, quæ maxima turba est,* Ae. 6.

Post

Ae. 1. *Post alij proceres; si fert ita corde voluntas,* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Conueniant, sano iuuet indulgere labori* *Ae.* 2.
Ae. 2. *Palladis auxilijs, semper dum vita manebit.* *Ae.* 6.
Ae. 5. *Omnibus hic erit vnus honos, labor omnibus vnus,* Ge. 4.
Ae. 8. *Præcipitare moras, tenuis quo semita ducit,* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Angustæque ferunt fauces ad sidera cæli.* Ge. 4.
Ae. 6. *Ille autem: tua nunc animo sententia surgit,* *Ae.* 1.
Ae. 8. *Maxime; mens eadem perstat mihi, pelle timores,* *Ae.* 5.
Ae. 6. *Sic equidem ducebam animo, facileque sequetur* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Hoc virtutis opus; veniam quocunque vocaris.* Ec. 3.
Maximilianus *Ae.* 12. *Talibus occurrit dictis tum Maximus heros:* *Ae.* 6.
Ge. 3. *Ergo omni studio, quoniam conuenimus ambo,* Ec. 5.
Ae. 1. *Insignes pietate viros, studijsque fauentes* *Ae.* 1.
Ae. 7. *Vestigemus, fas animum tentare precando* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Magnanimum Heroum, & quæ sit sententia menti.* *Ae.* 11.
Ae. 5. *Hæc vbi dicta, petunt portas, & tecta relinquunt,* Ge. 4.
Ae. 11. *Ambo animis, ambo insignes præstantibus actis.* Ge. 1.
Ae. 3. *Et tandem antiquas iactantes pectore curas* *Ae.* 1.
Qui vulgò dicitur il Torrazzo. *Ae.* 6. *Deuenere locos, vbi nunc stat Turris ad auras* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Erecta ingentes, æquataque machina cælo.* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Multa inter sese vario sermone tulerunt;* *Ae.* 1.
Ae. 2. *Ecce autem præter solitum dulcedine lætum* Ge. 1.
Ae. 5. *Conspicit ingentem concursum Maximus, vltrò* *Ae.* 10.
Ae. 5. *Nunc hos, nunc illos ad sese in tecta vocauit.* *Ae.* 7.
Ae. 8. *Sol medium cæli conscenderat igneus axem,* Ge. 4.
Ae. 5. *Conuenere viri, paruoque assueta iuuentus.* Ge. 2.
Maximilianus *Ae.* 3. *Maximus inde pater, quo non præstantior alter,* *Ae.* 6.
Ae. 5. *Postquam omnem lætus consessum, oculosque virorum* *Ae.* 11.
Ae. 4. *Conspexit paulùm, sic ore effatus amico est;* *Ae.* 3.
Ae. 6. *Sublimes animæ, nil magnæ laudis egentes,* *Ae.* 5.
Ge. 1. *Non acies, actosque animis in funera reges,* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Non hic ardentes accingar dicere pugnas* Ge. 3.
Ae. 7. *Europæ, atque Asiæ; leuium spectacula rerum;* Ge. 4.
Ae. 7. *Maius opus moueo, quo non præstantius vllum,* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Expediam paucis, lætas aduertite mentes.* *Ae.* 5.
Ae. 6. *Non mihi si linguæ centum, si copia fandi* *Ae.* 1.

More

Ae. 10. *More furens torrentis aquæ, vel turbinis atri,* *Ae.* 10.
Ae. 1. *Virtutis vires, percurrere nomina poßem.* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Omnia peruolitat late loca uiuida Virtus.* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Hæc Tuſcum Tiberim, & Romana palatia ſeruat,* Ge. 1.
Ae. 12. *Deſertorem Aſiæ, ſpolijs Orientis onuſtum* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Contundit, moresque uiris, & mœnia ponit:* *Ae.* 1.
Ae. 10. *Tela inter media, atque horrentes Marte tumultus* *Ae.* 11.
Ae. 10. *Ipſa immota manet, ſpectatque interrita pugnas.* *Ae.* 11.
Ec. 5. *Hæc coniuratos cælum reſcindere fratres* Ge. 1.
Ae. 6. *Fulmine deiectos, tot iam labentibus annis,* *Ae.* 2.
Ge. 3. *Vulneribus crebris Stygias detruſit ad vndas.* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Hæc genus antiquum terræ, Titania pubes,* *Ae.* 6.
Ge. 2. *Ferrea progenies, fundo voluuntur in imo.* *Ae.* 6.
Ge. 4. *Per populos dat iura, viamque ad limen Olympi.* Ec. 5.
Ae. 2. *Quid? quid cælicolas omnes ſupera alta tenentes;* *Ae.* 6.
Ge. 4. *Magnanimosque duces euexit ad æthera? Virtus.* *Ae.* 6.
Ge. 2. *Quid maiora ſequar? cuncti ſe ſcire fatentur,* *Ae.* 11.
Ge. 4. *Matres, atque viri poſſit quid viuida virtus.* *Ae.* 11.
Ec. 8. *Nunc ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt* *Ae.* 6.
Ae. 4. *(Credo equidem, nec vana fides) ad ſidera tolli,* *Ae.* 2.
Ge. 3. *Ergo omni cura, moniti meliora, ſequamur* *Ae.* 3.
Ae. 12. *Virtutem, totum quæ viribus occupat orbem.* *Ae.* 7.
Ae. 12. *Hoc caput ò ciues, requies ea certa laborum.* *Ae.* 8.
Ae. 11. *Tandem poſt varios hominumque, vrbiſque labores* *Ae.* 2.
Ae. 8. *Præſtantes Virtus factis ad ſidera tollet.* *Ae.* 12.
Ae. 5. *Ergo agite, & cuncti ſedem veniamus in vnam,* *Ae.* 2.
Ae. 10. *Stet ſua cuique dies & famam extendere factis,* *Ae.* 10.
Ge. 2. *Hanc olim veteres vitam coluere parentes.* *Ae.* 7.
Ae. 10. *Talibus orabat. Cuncti ſimul ore fremebant.* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Vt primum placati animi, Iuuenesque, ſenesque* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Aſſenſere omnes. Tum facta ſilentia linguis* *Ae.* 11.
Ae. 4. *Interpres Diuum longa cum veſte Sacerdos,* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Nunc prece, nunc dictis Virtutem accendit in omnes,* *Ae.* 10.
Ae. 3. *Accenditque animum famæ venientis amore,* *Ae.* 6.
Ae. 7. *Multaque deinde canit diuino ex ore Sacerdos,* *Ae.* 3.
Ae. 5. *Inuitans pretijs animos ad ſidera cæli.* Ge. 2.

Petrus Ferrarius Theologus Epiſcopi.

Ge. 3. *Post hæc insignis fama, & felicibus armis* Ae. 7.
Maximilianus Ae. 11. *Maximus æterno fatur deuictus amore:* Ae. 8.
Ae. 3. *Audite ò proceres, nullum maris æquor arandum* Ae. 3.
Ec. 3. *Ipse equidem sine mente reor, sine numine diuum,* Ae. 5.
Ae. 4. *Dijs equidem auspicibus quæretur gloria rebus.* Ae. 9.
Ae. 11. *Quærendum nobis, vastum & maris æquor arandum,* Ae. 2.
Ae. 4. *Perficere est animus non hæc sine numine Diuæ,* Ae. 2.
Ae. 11. *Ipsam obtestemur, demittat ab æthere summo* Ae. 12.
Ae. 9. *Auxilium solitum, meritosq; nouemus honores.* Ae. 8.
Ae. 2. *Dixerat ille; vnoque omnes eadem ore fremebant.* Ae. 11.
Ae. 12. *Ipse inter primos medijs in millibus ardens* Ae. 1.
Maximilianus Ae. 8. *Maximus, haud vnquam maiorum indignus auorum,* Ae. 12.
Ae. 10. *Sideream in sedem palmas vtrasq; tetendit* Ae. 6.
Ae. 12. *Nudato capite, & verbis hæc insuper addit:* Ae. 11.
Ge. 2. *O decus, ò famæ meritò pars maxima diuum* Ge. 4.
Ae. 7. *Semine ab ætherio, magnum Iouis incrementum,* Ec. 4.
Ae. 6. *Huc geminas nunc flecte acies, huc dirige cursum* Ae. 5.
Ae. 1. *Omnibus errantem terris, te poscimus omnes.* Ae. 11.
Ae. 9. *Rumpe moras omnes, venias in corpore, Virtus.* Ae. 5.
Ge. 3. *Te sine nil altum mens incohat, annue cœptis,* Ge. 1.
Ae. 1. *Semper honos, nomenque tuum, laudesq; manebunt.* Ec. 5.
Ae. 5. *Vix hæc ediderat, cum clara in luce refulsit* Ae. 1.
Ae. 1. *Os, humerosque Deæ similis, viridique iuuenta,* Ae. 5.
Ae. 9. *Aetheriam picto chlamydem circundata limbo,* Ae. 4.
Ae. 1. *Ambrosijsque comis diuino vertice Virtus.* Ae. 5.
Ae. 8. *Tum sic pauca refert: Quod tota mente petistis* Ae. 4.
Ae. 10. *His dabitur terris, potui quæ plurima Virtus* Ae. 11.
Ae. 2. *Nusquam abero, auxilium demittam, opibusq; iuuabo.* Ae. 1.
Ae. 3. *Dixit, & in tenuem ex oculis euanuit auram.* Ae. 4.
Ae. 9. *Agnouere Deam proceres, Diuamque secuti* Ge. 4.
Ge. 3. *Impendunt curas Virtutem extendere factis.* Ae. 6.
Ae. 6. *Egregia interea vulgatur fama per Vrbem,* Ae. 12.
Ge. 4. *Magnanimi Heroes, Iuuenes auroq; corusci.* Ae. 9.
Ae. 5. *Vndique conueniunt, diuinæ Palladis arti* Ae. 2.
Ae. 2. *Incumbunt, sano iuuat indulgere labori.* Ae. 6.
Ae. 6. *Tollunt se cælo, & patrijs virtutibus Vrbem.* Ec. 4.

FINIS.

De Sereniss.

CAESARE ESTENSE

Primigenio partu

ISABELLAE

Infantę de Sabaudia

CARMEN

Ad Sereniss.

ALPHONSUM ESTENSEM

MUTINAE, REGII, &c.

Principem.

Sereniſsimo
ALPHONSO ESTENSI
MVTINAE REGII &c.
Principi.

F. Io. Baptiſta Spadius S. P. D.

CVM ego, Sereniſsime Princeps, exiguum opuſculum de Primigenio Sereniſsimæ Iſabellæ Coniugis tuæ Partu abſoluiſſem; non diu, cui potiſsimum illud offerrem, ac dicarē mihi dubium fuit; ſed cum tua in primis cauſa mihi ſuſceptum fuiſſet nihil longius viſum eſt, quàm vt ex hac anguſta cellula mea in auguſtam aulam tuam, atque in iſtas manus, & nobilitate, & virtute præſtantes hoc ſingularis in te obſeruantiæ meę pignus tranſmitterem. et quamuis intelligerem fore, vt illius tenuitas meritorum tuorum magnitudinem nullo modo aſſequere-

tur; tamen, cum mihi veniret in mentem, dum aliquid datur, duo ſpectari ſolere, nimirum ipſam rem, quam vnam humilioris fortunæ, ac mentis homines examinant; & dantis animum, quem vnum viri nobiliores, ac prudentiores intuentur: mihi faciendum putaui, vt illud alacriter, & audacter ad te darem. Etenim cum tibi non minus eruditione, quàm ortu Principi notum ſit munera eſſe voluntatis fetum, & quanto alacriori voluntate dantur, tanto magis ad munerum rationem accedere, eorumque naturam ſapere; dubitare non debeo, quin quicquid licet paruum, & leue, ab homine tui obſeruantiſsimo, & ab voluntate tibi addictiſsima proueniat, tibi gratum futurum ſit. Principes enim acerrimo iudicio præditi, quos populis regendis ſupremus omnium rerum moderator Deus præficit, hac in re præſertim ipſum Deum opt. max. cuius imaginem tanquam in marmoreo lapide ſculptam nobis afferunt, imitantur, quòd non rerum magnitudinem, ſed animorum propenſionem, voluntatumque alacritatem perpendunt. quare ſapienter inquit Plato, graue eſſet, ſi Deus ad donaria reſpiceret potiùs, quàm ad animum. hunc autem præcipuè ſpectandum eſſe, & veteres cenſuerunt, apud quos ex Charitum numero, vt præclarè ſcripſit Alciatus, muneribus *parant*.

Lætitiam Euphroſyne, ſpecioſum Aglaia nitorem;

vt docerent, nisi cum munere coniuncta sit hilaris voluntas munus ipsum vile fore, ac despiciendum. Quod veteribus propositum fuit, quod de Deo testatur ipse Plato, id à te, Princeps Serenissime, factum iri confido, scilicet vt oblato hoc tenui munusculo ex fragmentis Maronianis hinc inde accersitis contexto, non rem, sed voluntatem, qua tibi offertur, ac dicatur, intuearis. Faxit æternus ille æternorum munerum largitor Deus, vt de paruulo tuo Infante ore Virgiliano vera cecinerim, isque ad ceteram gloriam, lętitiamque tuam cumulus maximus accedat. Vale. Placentiæ Non. Ian. MDCX.

De Cæsare Estense

PRIMIGENIO PARTV ISABELLAE INFANTAE de Sabaudia, ALPHONSI ESTENSIS MVTINAE, REGII, &c. Principis Coniugis.

Ge. 1. *NON acies, actósque animis in funera Reges,* Ae. 7.
Ae. 6. *Non hic ardentes accingar dicere pugnas* Ge. 3.
Ae. 7. *Europæ, atque Asiæ: non hic te carmine ficto,* Ge. 2.
Ae. 6. *Tros Anchisiade; nec te rationis egentem,* Ae. 8.
Ae. 4. *Regina, infandos Troiæ miserata labores,* Ae. 1.
Ge. 1. *Hic canere incipiam; leuium spectacula rerum* Ge. 4.
Ae. 3. *Hæc sunt; iam maior rerum mihi nascitur ordo,* Ae. 7.
Ae. 7. *Maius opus moueo, quo non præstantius vllum.* Ae. 12.

Ec. 4. *Tuque adeo decus hoc aui, cui Regia paret* Ae. 7.
Ae. 1. *Vrbs antiqua potens armis, atque vbere glebæ,* Ae. 3.
Ec. 8. *Et Mutina, insignis fama, & felicibus armis,* Ae. 7.
Ae. 10. *Tu mihi nunc, Princeps, genus alto à sanguine diuum* Ae. 5.
Ge. 2. *Ferrea progenies: Tuque ò sanctissima Coniux,* Ae. 11.
Ae. 6. *Concordes Animæ, precor aspirate canenti:* Ae. 9.
Ae. 2. *Vestrum nascentem Puerum, quo ferrea primum.* Ec. 4.
Ae. 5. *Decidet, ac toto surget gens aurea mundo* Ec. 4.
Ae. 6. *Ipse canam, fretus cythara, fidibusque canoris* Ae. 6.
Ae. 10. *Fatidicæ Mantus, nouit nanque omnia Vates.* Ge. 4.
Ge. 1. *Iampridem ipse sua molitus laude laborem* Ae. 4.
Ae. 9. *Princeps, haud vnquam magnorum indignus Auorum,* Ae. 12.
Ae. 2. *(Vnus Natorum fama super æthera noti* Ae. 1.
Ae. 11. *Cæsaris: insignis facie, viridique iuuenta* Ae. 5.
Ae. 11. *Quem primum partu sub luminis edidit auras* Ae. 7.
Ae. 2. *Virginea: & Genti nomen dedit, armaque fixit* Ae. 1.
Ae. 6. *E S T E, petens alta & pedibus Iouis Armiger vncis)* Ae. 9.
Ae. 5. *Nomen Aui referens prima lanugine malas* Ae. 10.
Ge. 4. *Induerat; victorq; virum volitare per ora* Ge. 3.
Ae. 12. *Cœperat, eximiæ laudis succensus amore:* Ae. 7.
Ae. 11. *Huic Natam fama multis memoratus in oris* Ae. 7.
Ae. 5. *Princeps ante omnes animis, Tauroque superbus* Ae. 5.
Ec. 2. *Iampridem intactam dederat, primusque iugarat:* Ae. 1.
Ae. 2. *Ad Soceros picto chlamydem circundata limbo* Ae. 4.
Ae. 1. *Os, humerosque Deæ similis pulcherrima Coniux* Ae. 10.
Ae. 6. *Iampridem magna Iuuenum stipante cateruа* Ae. 1.
Ae. 10. *Contulerat sese (quam forti pectore, & armis* Ae. 4.
Ae. 8. *Flos veterum, virtusque virum, vis, gloria Parmæ* Ge. 3.
Ae. 9. *Accepit venientem, ingens vbi flexibus errat* Ge. 2.
Ge. 1. *Fluuiorum rex Eridanus, Fratresque superbos,* Ae. 9.
Ae. 5. *Muneribus cumulans magnis de more vetusto,* Ae. 11.
Ae. 2. *Idque audire sat est) Iamdudum læta ferebat* Ae. 1.
Ae. 4. *Se grauidam Coniux, non hæc sine numine diuum* Ae. 2.
Ae. 5. *Cum Princeps, vlli haud veterum virtute secundus,* Ae. 11.
Ae. 7. *Fratrem, cui virtus, animusque in pectore præsens,* Ae. 5.

Vrbs Regia idest Regium.
Alph. Estensē intelligit. Sic apud Virg. sanctissima pro castissima.
Alph. Estensis Cæsaris, & Virginiæ filius.
Dux Taurini.
Isabella Alphōsi Esten. vxor.
Ranu. Farne. Parmæ Dux Isabellam, ac Fratres Placentiæ hospitio excepit.
Isabella.
Alphonsus.
Aloysium.

Ae. 12. Egregium forma Iuuenem ad se in tecta vocauit. Ae. 7.
Ec. 1. Post hæc ingresso placido prior edidit ore: Ae. 7.
Ge. 1. Iampridem nobis cæli, clarissime Frater, Ae. 5.
Ae. 4. Regina, ætherios inter Dea candida nimbos, Ae. 8.
Ae. 1. Nata Patris summi, Genitrix lectissima matrum, Ae. 9.
Ae. 8. Auxilium aduentumque Dei, rebusque salutem Ae. 12.
Ae. 5. Attulit optatam, primum prece Numen adorans. Ae. 3.
Ge. 3. Nũc quoque post, cælum, & terras qui numine torquet, Ae. 4.
Ae. 9. Ipsa Dei Genitrix, & pulcro pectore Virgo, Ae. 3.
Ae. 5. Donat habere decus, votis quod sæpe petiui. Ae. 12.
Ae. 4. Credo equidem, nec vana fides, mihi paruulus aula Ae. 4.
Ae. 1. Nascetur Cæsar; monumentum, & pignus amoris Ae. 5.
Ge. 2. Coniugis in gremio lætæ, partusque patescit. Ae. 3.
Ae. 12. Quæ propter nunc hæc animo sententia constat; Ae. 4.
Ae. 2. Antiquasque Domos, & regia tecta subire Ae. 7.
Ae. 12. Laurenti Diuæ, multos seruata per annos, Ae. 2.
Ae. 8. Dona ferens, meriti tanti non immemor vnquam. Ae. 9.
Ae. 5. Quod superest, oro, fratrem ne desere Frater, Ae. 10.
Ae. 4. Sis comes, & paribus curis vestigia fige: Ae. 6.
Ae. 1. Tecta simul Diuæ læti Laurentibus agris, Ae. 12.
Ae. 1. Quam Stygij tremuere lacus, & Ianitor orci, Ae. 8.
Ae. 6. Terribiles visu formæ, letumque, petamus Ae. 1.
Ae. 6. Nec plura is. Ille hæc placido sic reddidit ore Ae. 11.
Ae. 10. Huic: Frater, quo non superat mihi carior alter, Ae. 12.
Ae. 12. Te sine frater erit? veniam quocunque vocaris. Ec. 3.
Ae. 4. Perge, sequar, quia nota mihi tua magna voluntas, Ae. 12.
Ae. 9. In casus omnes, nec me labor iste grauabit, Ae. 2.
Ae. 2. Quo res cunque cadent tibi nec comes ire recuso. Ae. 2.
Ae. 5. Hæc vbi dicta, petunt portas, primùmque Parentem Ae. 3.
Ae. 1. Magnanimum faciunt certum, remque ordine pandunt: Ae. 3.
Ae. 9. Hæc eadem Matri, memorantque deinde gerenda Ae. 6.
Ae. 11. Infantæ: miro qui incensum pectus amore Ae. 3.
Ae. 8. Vnà omnes Iuuenumque animum, mẽtemque benignam Ae. 1.
Ae. 9. Attollunt, tacitum pertentant gaudia pectus. Ae. 1.
Ae. 10. Tum Genitor Natis hæc insuper addidit ore: Ae. 2.

Sanctissimam Virginis Lauretanæ Aedẽ petere decernit Alphõsus.

Honorifica Isabellæ appellatio.

(Paßus

Ae. 1. (*Passus amor neque enim patrius consistere mentem*) Ae. 1.
Ae. 11. *Ite, ait, egregiæ Diuæ promissa Parenti* Ae. 8.
Ae. 3. *Cælicolum Regis, cæloque, Ereboque potenti,* Ae. 6.
Ae. 11. *Munera portantes grates persoluite dignas.* Ae. 1.
Ae. 12. *Talibus incensa est Iuuenum sententia Fratrum.* Ge. 2.
Ge. 3. *Post hinc digressi, qui se comitentur euntes* Ae. 6.
Ae. 7. *Delegere viros, antiquæ ab origine gentis.* Ae. 1.
Ae. 10. *Ver erat auratis aperit cum cornibus annum* Ge. 1.
Ae. 2. *Taurus, & hybernis parcebant flatibus Euri.* Ge. 2.
Ae. 7. *Tum gemini Fratres, nil magnæ laudis egentes,* Ae. 5.
Ae. 7. *Deseruere domos rebus iam rite paratis.* Ae. 4.
Ae. 10. *Stant lecti circum Iuuenes de gente vetusta:* Ae. 9.
Ae. 7. *Idem omnes simul ardor agit inuisere fines* Ae. 8.
Ae. 10. *Laurenti, & Tectum centum sublime columnis.* Ae. 7.
Ae. 8. *Ergo iter inceptum celerant (quos omnis euntes* Ae. 5.
Ae. 9. *Prosequitur votis primæuo flore Iuuentus,* Ae. 7.
Ge. 4. *Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ)* Ae. 2.
Ge. 4. *Terrasque, & magnas Vrbes, vberrima regna* Ae. 3.
Ge. 4. *Prætereunt, superant montes, & flumina tranant.* Ge. 3.

Alph & Aloy. X. Cal. Maij Mutina ad Lauretanam Domum discedũt

Ae. 7. *Est locus Italiæ, nomen dixere priores* Ae. 5.
Ae. 12. *Laurentum, qui olim siluestribus horrida dumis* Ae. 8.
Ae. 9. *Silua fuit latè, & multos ignaua per annos;* Ge. 2.
Ge. 1. *Moxque frequens herbis, & fertilis vbere campus,* Ge. 2.
Ge. 1. *Arboribusque satis, pecorique, & vitibus almus:* Ge. 2.
Ae. 5. *Nunc illum meritis sustentat fama trophæis,* Ae. 11.
Ae. 10. *Quandoquidem magnæ Reginæ nomen obumbrat.* Ae. 11.

Lauretanæ regionis descriptio.

Ae. 1. *Hic Templum donis opulentum, & numine Diuæ* Ae. 1.
Ec. 8. (*Post senos cui nostra dies altaria fumant:* Ec. 1.
Ae. 1. *Cui Pater intacta Rex ætheris altus honorem* Ae. 12.
Ge. 2. *Ingentem cælo pro virginitate sacrauit:* Ae. 12.
Ae. 10. *Impleuitque sinum tot iam labentibus annis,* Ae. 2.
Ae. 8. *Haud incerta cano, Deus æthere missus ab alto)* Ae. 4.
Ae. 7. *Tectum, augustum, ingens, æquataque machina cælo;* Ae. 4.
Ae. 12. *Seruati ex undis vbi figere dona frequentant* Ae. 6.
Ae. 6. *Matres, atque viri, & votas suspendere vestes.* Ae. 12.

Mariæ Virg. cui septimus hebdomadæ dies est sacer.

Stant

Ae. 4. *Stant Aræ circum, veterum decora alta parentum;* Ae. 2.
Ae. 3. *Effigies sacræ Diuum sublimè videntur;* Ge. 3.

Sepulcrum Nicolai Caietani Card. de Sermoneta nuncupati.

Ae. 12. *Sermonæque Patris ingenti mole Sepulcrum,* Ae. 6.
Ae. 5. *Cui genus, & quondam nomen Caieta dedisti:* Ae. 7.
Ae. 11. *Certatim crebris collucent ignibus Aræ,* Ge. 4.
Ge. 3. *Ardentes pendent lychni laquearibus aureis:* Ae. 1.

Visitur in Templo Lauretano B. Virginis domus ab Angelis ex Illyrico asportata.

Ae. 7. *Tali intus Templo Domus omnipotentis Olympi* Ae. 10.
Ae. 4. *Reginæ, fama totum vulgata per Orbem,* Ae. 1.
Ae. 1. *Illyrico Hesperiam cæli conuecta per auras,* Ae. 7.
Ae. 3. *Cernitur. Hæc pura per noctem in luce refulsit* Ae. 2.
Ae. 7. *Hesperia in magna electis Laurentibus agris:* Ae. 11.
Ge. 3. *Aëra per vacuum cælo venere volantes* Ae. 6.
Ae. 6. *Præpetibus pennis Iuuenes, auroque corusci,* Ae. 9.
Ae. 8. *Delegere locum, & posuere in tramite Siluæ,* Ae. 11.
Ae. 1. *Matre Dei monstrante viam, Tectumque, laremque* Ge. 3.
Ae. 6. *Magnum Reginæ, cæli cui sidera parent.* Ae. 10.

Moris est enim vt cum primũ ex vicino mõte Lauretanũ templum cernitur oẽs genua flectant.

Ae. 3. *Hunc procul è celso mirati vertice Montis* Ae. 5.
Ae. 9. *Fratres ante omnes magni, comitante caterua,* Ae. 2.
Ae. 3. *Submissi terram læto clamore salutant,* Ae. 3.
Ae. 9. *Astrorumq; decus, patriæ Dominamque potentem* Ae. 6.
Ae. 3. *Sidereæ, radijs ardentem lucis, & auro.* Ae. 7.
Ae. 6. *Et tandem præter solitum dulcedine læti,* Ge. 1.

Lauretanam Aedem ingrediũtur Fratres Estenses.

Ae. 6. *Deuenere locum, miseris mortalibus almum,* Ae. 11.
Ae. 11. *Laurenti antiqui, solido de marmore Templa.* Ae. 6.
Ae. 11. *Postquam introgressi, media testudine Templi,* Ae. 1.
Ae. 11. *Aeternum cæli Regem, regumque parentem* Ae. 6.
Ae. 3. *Exorant pacem; Diuæ omnipotentis Olympi* Ae. 12.
Ae. 3. *Numina magna vocant, animis superosque precantur.* Ae. 5.
Ae. 2. *Inde Domum augusti subter fastigia Tecti* Ae. 6.
Ae. 4. *Deueniunt. Primùm quæ cuiq; est copia læti* Ae. 5.
Ae. 5. *Dona ferunt, Aramque onerant, atque oscula figunt.* Ae. 2.
Ge. 4. *Iamque Domum mirans Genitricis, & aurea Tecta* Ae. 6.

Alphonsi ad Virginem preces.

Ae. 7. *Ipse inter primos præstanti corpore Princeps* Ae. 12.
Ae. 8. *Ante Aram cælo palmas cum voce tetendit:* Ae. 2.
Ae. 11. *O decus Italiæ VIRGO MARIA, omnia cælo* Ae. 5.

Donat

Ae. 9. Donat nanque tibi diuum Pater, atque hominum Rex, Ae. 1.
Ae. 8. Alma, rogo Genitrix natos; carissima Coniux Ae. 8.
Ae. 5. (Si concessa peto) faciat me prole parentem. Ae. 1.
Ae. 5. Cumque Pater leto canentia lumina soluet, Ae. 10.
Ae. 5. (Quanquam ò sed superet meritis pro talibus annos Ae. 1.
Ge. 1. Tercentum, & longè maneat pars vltima vitæ) Ec. 4.
Ae. 8. Adsis ò tandem, vt possim superare labores, Ae. 3.
Ae. 6. Vt regere imperio populos, sedesque paternas. Ae. 11.
Ae. 7. Nunc mihi da propriam, VIRGO, sperare salutem, Ae. 1.
Ge. 1. Da facilem cursum sublimem ad sidera cæli. Ae. 1.
Ge. 3. Interea, quoniam super est oblata facultas, Ge. 4.
Ae. 7. Ipsa Domum serua (mihi iussa capessere fas) EST Ae. 1.
Ae. 12. ENSEM, quæ in te omnis Domus inclinata recumbit. Ae. 12.
Ae. 4. Talibus orauit, gemitum dans pectore ab imo. Ae. 1.
Ae. 10. At parte ex alia tendens ad sidera palmas Ae. 1.
Ae. 1. Germanus, tales effudit pectore voces: Ae. 5.

Aloysij fratris ad Virginem deprecatio.

Ae. 5. Salue sancta Parens, iterum salue optima Mater Ae. 10.
Ae. 1. Aeterni Regis, rerum cui summa potestas; Ae. 10.
Ae. 1. Ad te confugio curæ, casusque leuamen. Ae. 3.
Ae. 6. Fulmine deiecti cæli de parte serena, Ae. 9.
Ge. 1. Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis, Ae. 6.
Ae. 7. Mille nocendi artes tristi cum corde volutant Ae. 6.
Ae. 2. Nos contra, dirumque nefas in pectore versant; Ae. 4.
Ae. 6. Eripe me his, Inuicta, malis noctesque, diesque; Ae. 6.
Ae. 3. Errantem doceas iter, & sacra ostia pandas. Ae. 6.
Ae. 9. Quando aderit promissa dies, & tempora parcæ Ae. 9.
Ae. 9. Debita complerint, adsis pede, Diua, secundo; Ae. 10.
Ae. 10. Te precor hanc animam serues, mea maxima cura, Ae. 1.
Ae. 11. In cælum, tu das epulis accumbere Diuum. Ae. 1.
Ae. 4. Nec non & comites incensa altaria circum Ae. 8.
Ae. 5. Agmine partito fulgent, Diuamque precantur Ae. 8.
Ae. 9. Vocibus his: Præsens nostro succurre labori, Ae. 9.
Ae. 11. O Virgo, cui tanta Deo permissa potestas; Ae. 9.
Ae. 10. Cernis, vt insultent Erebi de sedibus imis Ge. 4.
Ae. 6. Gorgones, harpyiæ, & variarum monstra ferarum, Ae. 6.

Nec

Ae. 11. *Nec cessent turbare animum, sensumque labantem;* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Da dextram miseris, pacem te poscimus omnes,* *Ae.* 11.
Ae. 2. *Alma Parens, tandem propius tua numina firmes,* *Ae.* 8.
Ae. 6. *Sedibus vt placidis quàm molliter ossa quiescant.* Ec. 10.
Ae. 10. *Talibus orabant cuncti, Templique Sacerdos* *Ae.* 7.

Rei sacræ intersunt Principes Estenses.

Ae. 10. *Totus collucens veste, atque insignibus albis,* Ge. 3.
Ae. 12. *Conspectu in medio procerum, iuuenumque, senumque* *Ae.* 9.
Ae. 5. *Libauitque Dapes, Corpus mirabile Nati,* Ec. 5.
Ae. 7. *Qui potuit generis lapsi sarcire ruinas,* Ge. 4.
Ae. 3. *Sanguinis & sacri pateras, cælestia dona.* Ge. 4.
Ae. 6. *His demum exactis, intentis omnibus vnus* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Ipse manu ostendit longa cum veste Sacerdos* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Munera Laurenti, perfecto munere, Diuæ* *Ae.* 6.

Hic varia munera B Virgini oblata commemorantur. Crucem buxeam Card Albani. Ascanij Colũnę. Herculis Ferrariæ Ducis. Sixti V. & Alexand. Card de Monte alto. Card. Augustæ Ducis Albanię Magnæ Etruriæ Ducis. Iuliæ Alphonsi Estẽsis vxoris. Cuiusdam Heroinæ Estẽsis. Camillæ Perettæ. Ferdinandi Roman. Regis. Card. Colũnæ. Caroli Archid. & Card. Austriacorum. Pij IIII. & V. Pontificum.

Ae. 11. *Oblata. Ingenti lustrant sub singula Templo* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Magnanimi Heroës, oculos per singula voluunt.* *Ae.* 8.
Ae. 8. *Mirantur duplices gemmis, auroque Coronas:* *Ae.* 1.
Ae. 1. Albanique Patris alti venerabile Lignum: *Ae.* 12.
Ae. 12. *Ascanij vestes ostroque, auroque rigentes:* *Ae.* 11.
Ae. 10. *Herculis auratas chlamydes, quas plurima circum* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit:* *Ae.* 1.
Ge. 2. *Illusasque auro vestes de Montibus Altis:* Ge. 4.
Ae. 11. *Augustæ auratas vestes, ostroque superbas:* *Ae.* 1.
Ae. 3. *Epiri pallas signis, auroque rigentes:* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Purpureasque super vestes, velamina Etrusca:* *Ae.* 9.
Ge. 2. *Iulia quas tenui telas discreuerat auro:* *Ae.* 4.
Ae. 10. *Et tunicas molli Mater quas neuerat Este:* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Perfusas vestes argento, auroque Camillæ.* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Mirantur dona ijdem argenti, ærisque metalla.* Ge. 2.
Ae. 6. *Regis Romani Simulacra orandaque Diuæ:* *Ae.* 2.
Ae. 5. *Cymbiaque argento perfecta, atque æra Columnæ:* Ge. 3.
Ae. 3. *Dona dehinc auro grauia pluuialibus Austris:* Ge. 3.
Ae. 6. *Quæque Pij dederunt, monumentum, & pignus amoris.* *Ae.* 5.
Ae. 12. *Multa vident simulacra, argenti pondus, & auri;* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Crateras magnos, statuas, adamanta, columnas.* *Ae.* 6.
Ae. 12. *Multa manu Medica voluunt, oculisque pererrant* *Ae.* 4.

Cælati

Ae. 10. *Cælati argentique ingenti mole Chimæram.* Ae. 5.
Ae. 7. *Multaque præterea sacri sollemnia dona,* Ae. 9.
Ae. 1. *Ingens argentum mensis, pulcrosque tapetas,* Ae. 9.
Ae. 1. *Arte laboratas vestes, mirantur Iuli* Ae. 1.
Ae. 2. *Pastoris magni, posuit qui immania Templa* Ae. 6.
Ae. 8. *Nymphæ Laurenti, multo spectata labore.* Ge. 1.
Ae. 5. *Et tandem pateras, veterum monumenta virorum;* Ae. 8.
Ae. 6. *Nec vidisse semel satis est. Paterasque tenebant* Ae. 3.
Ae. 1. *Præcipuè Pius Aeneas quas obtulit vltrò* Ae. 8.
Ae. 6. *Siluius Aeneas, pariter pietate Secundus.* Ae. 3.
Ge. 3. *His animaduersis, perfectisq; ordine votis,* Ae. 3.
Ae. 6. *Laurentes populos, vrbemque & Tecta relinquunt* Ge. 4.
Ae. 11. *Virginis, & patrios longo post tempore fines* Ec. 1.
Ae. 4. *Deueniunt. Hos nescio qua dulcedine læti* Ge. 4.
Ae. 5. *Excipiunt omnes circum clamore frementes.* Ae. 6.
Ae. 2. *Ast vbi iam Patris peruentum ad limina, Regi* Ae. 6.
Ge. 2. *Aeterno, totum qui viribus occupat Orbem,* Ae. 7.
Ae. 2. *Persoluunt grates dignas ante ora parentum,* Ae. 6.
Ae. 2. *(Votum pro reditu) cumulantque altaria donis.* Ae. 11.
Ae. 12. *Hic Fratres (sano iuuat indulgere labori)* Ae. 2.
Ae. 1. *Reginæ Templum Diuæ armipotentis, & Aram;* Ae. 2.
Ae. 1. *Artificumque manus, lapides spirantia signa;* Ge. 4.
Ae. 11. *Tantorum impensis operum miracula rerum,* Ge. 3.
Ae. 7. *Quin etiam veterum Effigies supera alta tenentum;* Ae. 6.
Ae. 11. *Multaque præterea Laurenti dona Parenti* Ae. 3.
Ae. 7. *Delata, & vestes, argenti, aurique talenta* Ae. 5.
Ae. 7. *Expediunt, omnes intentiq; ora tenebant.* Ae. 2.
Ae. 6. *Egregia interea Coniux, pietatis imago,* Ae. 9.
Ge. 3. *Coniugis aduentum, tecti in penetralibus alti,* Ae. 7.
Ae. 1. *Audierat, subita quæ animum dulcedine mouit;* Ae. 11.
Ae. 6. *Ipsius atque hærent infixi pectore vultus,* Ae. 4.
Ge. 2. *Quin etiam illum absens absentem auditque, videtque.* Ae. 4.
Ae. 9. *At Princeps animum magno inflammatus amore* Ae. 3.
Ae. 4. *Tandem progreditur; thalamusq; hunc Coniugis aureus* Ae. 8.
Ge. 4. *Accepit. Longè seruans vestigia Coniux* Ae. 2.

Munera Mediceorum.

Triremem argenteã Ferdin. magni Etruriæ Ducis.

Dona Iulij II. qui etiam templum Lauretanum perfecit.

Calicẽ aureũ, quem dono dedit Pius II. qui prius Aeneas Siluius.

Mutinã reuertuntur Fratres Estenses.

Estenses.

Quia terribilis vt castrorum acies ordinata

Isabella Alphõsi coniux.

Alphonsus.

Ipsa

Ae. 6. *Ipsa sub ora Viri foribus sese intulit altis:* Ae. 11.
Ae. 8. *Congressi iungunt dextras, thalamique morantur* Ae. 7.
Ec. 3. *In medio, & licito tandem sermone fruuntur.* Ae. 8.
Ae. 11. *Iamque propinquabat partus, iustissima cura* Ae. 10.
Ae. 11. *Coniugis Infantæ, magnum Iouis incrementum;* Ec. 4.
Ae. 8. *Omnibus in templis matrum chorus illius ergò* Ae. 6.
Ae. 7. *Relligione sacer tum numina sancta precantur,* Ae. 3.
Ae. 2. *Ignari scelerum pueri, innuptæque puellæ.* Ge. 4.
Ae. 10. *Matura iam luce dies reuoluta ruebat,* Ae. 10.
Ae. 11. *Qua pius Hippolytus, proles pulcherrima bello,* Ae. 7.
Ae. 7. *Turbatis distractus equis à Rege superbo,* Ae. 11.
Ae. 3. *Cum socijs multo vitam cum sanguine fudit,* Ae. 2.
Ae. 10. *Sideream in sedem terris, cælumque volauit:* Ae. 4.
Ae. 1. *Cum subito oranti subitus tremor occupat artus* Ae. 7.
Ae. 6. *Infantæ: duri magno sed amore dolores* Ae. 5.
Ae. 11. *Explorare cauas vteri, & tentare latebras* Ae. 2.
Ec. 9. *Incipiunt. Illam pauida longo ordine matres* Ae. 2.
Ae. 4. *Marmoreo referunt thalamo, stratisque reclinant.* Ae. 12.
Ge. 3. *Voluitur interea cælum, & ruit Oceano nox,* Ae. 2.
Ge. 2. *Et totam inuoluit vmbra terramque, polumque* Ae. 2.
Ae. 4. *Tum Coniux primos Lucinæ experta labores* Ge. 4.
Ae. 2. *Ad cælum tendens ardentia lumina fatur:* Ae. 1.
Ae. 10. *Cælicolæ magni, si quid, pia numina, possunt* Ae. 4.
Ae. 11. *Vota, precesque meæ: tuq; ò sanctissima Virgo,* Ge. 4.
Ae. 6. *Alma, precor miserere (potes nanque omnia cælo,* Ge. 1.
Ae. 10. *Pacem orare manu, finemque imponere curis)* Ae. 4.
Ae. 6. *Huc geminas nunc flecte acies, succurre relictæ* Ae. 9.
Ae. 4. *Tuque, Puerque tuus, finemque impone labori.* Ae. 2.
Ae. 6. *Talibus orabat, oculosq; sub astra tenebat.* Ae. 5.
Ge. 1. *Apparet liquido sublimis in aëre Virgo,* Ae. 3.
Ae. 2. *Cælicolis & quanta solet, cui tempora circum* Ae. 12.
Ge. 3. *Ardentes bis sex radij fulgentia cingunt:* Ae. 12.
Ae. 6. *Tunc sic orsa loqui, & curas his demere dictis:* Ae. 2.
Ae. 10. *Hac dabitur dextra quod tota mente petisti,* Ae. 4.
Ae. 3. *Ne dubita, nam vera vides, Natumq; tenebis.* Ae. 8.

Moniales, & alij Deum pro partu Isabellæ orant.

Dies tertiusdecimus Augusti quo S. Hippolytus cum socijs est martyrio coronatus.

Parturiens Isabella B. Virgini, sanctisque omnibus sese commendat.

Isabellæ adest sanctissima Virgo.

Hæc

Ae. 10.	*Hæc vbi dicta dedit, cæli comitata ministris*	Ae. 2.	
Ae. 7.	*Cessit, & in tenuem ex oculis euanuit auram .*	Ae. 9.	
Ae. 12.	*Contigerat mediam cæli nox humida metam ;*	Ae. 5.	
Ae. 6.	*Continuò auditæ voces, Prolesque virilis ,*	Ae. 7.	
Ec. 4.	*Cara deum soboles, magna expectata Parenti,*	Ae. 6.	
Ge. 2.	*Nascitur, ingenti sonuerunt omnia plausu .*	Ae. 5.	Isabellæ partus.
Ec. 5.	*Tum subitum, dictuque oritur mirabile monstrum .*	Ae. 2.	
Ae. 9.	*Hic primum noua lux oculis effulsit, & inde*	Ae. 10.	
Ae. 2.	*Ecce leuis summo visus de vertice Nati*	Ae. 3.	
Ae. 2.	*Fundere lumen apex , tactuque innoxia molles*	Ge. 1.	
Ae. 2.	*Lambere flamma comas, vacuasque assurgere in auras:*	Ge. 3.	
Ge. 4.	*Tum sonus auditur, vox reddita fertur ad aures :*	Ae. 3.	
Ec. 8.	*Nascere, vera Iouis Proles, decus addite diuis,*	Ae. 8.	Vaticinium de Puero .
Ge. 3.	*Nascere, venturo lætentur vt omnia sæclo.*	Ec. 4.	
Ec. 4.	*Te duce siqua manent sceleris vestigia, tandem*	Ae. 7.	
Ec. 8.	*Perdita perpetua soluent formidine terras.*	Ec. 4.	
Ec. 2.	*Nunc tibi prima, Puer, nullo munuscula cultu,*	Ec. 4.	Pueritia .
Ge. 4.	*Pallentes ederas, baccas frondentis acanthi*	Ge. 2.	
Ec. 9.	*Fundit humus, blandos fundunt cunabula flores .*	Ec. 4.	
Ae. 12.	*Occidit & serpens, & fallax herba veneni .*	Ec. 4.	
Ec. 2.	*Ecce ferunt Nymphæ calathis tibi Lilia plenis,*	Ec. 2.	Lilia, & Aquila Estensium Insigne .
Ae. 7.	*Insignem gemmis ad te Regnique Coronam*	Ae. 8.	
Ge. 1.	*Candidus auratam pedibus Iouis Armiger vncis.*	Ae. 5.	
Ae. 9.	*Ora, Puer, prima signans intonsa iuuenta*	Ge. 3.	Adolescentia .
Ae. 11.	*Mœnibus in patrijs laudes, & facta parentum*	Ec. 4.	
Ae. 10.	*Exuperans, quæ sit poteris cognoscere virtus :*	Ec. 4.	
Ec. 1.	*Nanque & oues vltrò fugiet lupus, aurea duræ*	Ec. 8.	
Ec. 8.	*Mala ferent quercus ; flauescet campus arista*	Ec. 4.	
Ge. 2.	*Sponte sua; atque rubens pendebit sentibus vua ;*	Ec. 4.	
Ec. 7.	*Fraxinus in siluis, abies in montibus altis,*	Ec. 7.	
Ge. 2.	*Et steriles platani sudabunt roscida mella :*	Ec. 4.	
Ec. 2.	*Montibus , & siluis venient ad pocula damæ*	Ec. 8.	
Ec. 8.	*Cum canibus timidi ; fugient vasto æthere nimbi .*	Ae. 5.	
Ae. 1.	*Atque vbi iam matura virum te fecerit ætas,*	Ec. 4.	Iuuentus.
Ge. 1.	*Tu penitus toto diuisos orbe Britannos ;*	Ec. 1.	

Regnatorem

Turcarum Tyrannum.

Ae. 2. *Regnatorem Asiæ, spolijs Orientis onustum;* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Eoasque acies, Lunatis agmina peltis* *Ae.* 11.
Ae. 1. *Contundes, moresque viris, & mœnia pones.* Ge. 3.
Ae. 10. *Per te tum positis mitescent sęcula bellis,* *Ae.* 1.
Ge. 4 *Placatumque reges patrijs virtutibus Orbem.* Ec. 4.

Allusio ad aureum sęculum.

Ae. 7. *Nec plura. Hæc vnoque omnes eadem ore fremebāt* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Matronæ, Puerum Regem, belloque superbum,* *Ae.* 1.
Ae. 9. *Atque fore illustrem fama, factisq; canebant,* *Ae.* 7.
Ec. 3. *Quem Pater ipse suo superum iam signat honore.* *Ae.* 6.
Ae. 11. *Et iam fama volans tanti prænuncia partus* *Ae.* 7.
Ae. 3. *Cognatasque Vrbes, atque altæ mœnia Romæ,* *Ae.* 1.
Ae. 9. *Fertilis Ausoniæ & populos sermone replebat.* *Ae.* 4.
Ae. 3. *Lætitia cuncti voces ad sidera iactant.* Ec. 5.
Ge. 2. *Præcipueque fremunt, animosque ad sidera tollunt* *Ae.* 9.
Ae. 1. *Taurinum, diues pictai vestis, & auri,* *Ae.* 9.
Ae. 3. *Hospitium antiquum diuina Palladis arte* *Ae.* 2.
Ge. 4. *Magnanimum Heroum, decus, & tutamen in armis:* *Ae.* 5.
Ae. 10. *Mantua diues auis, studijsque asperrima belli:* *Ae.* 1.
Ae. 10. *Vrbs Etrusca solo varijs Florentia sertis* *Ae.* 4.
Ae. 11. *Insignis longè, pariter pietate, vel armis.* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Ingeminat plausum ante alios pulcherrimus omnes* *Ae.* 4.
Ae. 7. *Rex genus egregium ferrugine clarus Ibera,* *Ae.* 9.

Philippus III. Hispaniarum Rex.

Ae. 12. *Cui genus à proauis ingens, clarumque Philippi* Ge. 1.
Ae. 7. *Nomen inest, famaque ingens, ingentior armis.* *Ae.* 11.
Ae. 2. *Iamque dies aderat Fluuio mersare salubri* Ge. 1.
Ae. 11. *Infantem. primi sub lumina solis, & ortus* *Ae.* 6.
Ae. 2. *Vndique visendi studio (mirabile visu)* *Ae.* 12.
Ae. 5. *Conuenere viri; magno turbante tumultu* *Ae.* 6.

Ecclesiam D. Geminiano dicatam.

Ae. 2. *Et Gemini delubra adeunt, pacemque per aras* *Ae.* 4.
Ge. 3. *Exquirunt animis, presto ter gutture voces* Ge. 1.
Ge. 1. *Aut quater ingeminant, sequitur quos cetera pubes.* *Ae.* 5.
Ae. 2. *Huc tandem magna medius comitante caterua* *Ae.* 5.

Mutinæ Dux.

Ge. 4. *Accedit Cæsar, diuum genus, aurea condit* *Ae.* 6.

Alex. Card Cęsaris Ducis frater.

Ge. 3. *Corda, viris dat iura, viam qui affectat Olympo.* Ge. 4.
Ge. 2. *Hunc Frater iuxta est, magnæ spes altera Romæ,* *Ae.* 12.

Est

Ge. 2.	*Est cui picta croco, & fulgenti murice vestis:*	Ae. 9.	
Ae. 3.	*Et Nati, famæ meritò pars maxima nostræ.*	Ge. 2.	Cæsaris filij.
Ae. 9.	*Hac annis grauis, atque animi maturus in Aede*	Ae. 2.	
Ec. 5.	*Formosi pecoris Custos florentibus herbis,*	Ec. 9.	Episcopus Mutinę Alphonsi filiũ baptizat, cique Cæsaris nomen imponit.
Ae. 10.	*Infula cui sacra redimibat tempora vitta,*	Ge. 3.	
Ae. 2.	*Natum ante ora Patrum perfudit Flumine sacro,*	Ge. 2.	
Ae. 12.	*Atque ADAM exemit LABEM, purumque reliquit:*	Ae. 6.	
Ge. 3.	*Cæsaris & nomen (cari stat cura Parentis)*	Ae. 1.	Originale peccatum.
Ge. 1.	*Imposuit Puero, magnum, & memorabile nomen.*	Ae. 4.	
Ae. 9.	*Continuò clamorque virum, clangorque tubarum*	Ae. 2.	
Ge. 4.	*Auditus, mistoque ingens exorta tumultu*	Ae. 3.	
Ae. 12.	*Lætitia: exultans cælum tonat omne fragore.*	Ae. 9.	
Ae. 8.	*Vnà omnes Iuuenum primi, populusque, patresque,*	Ae. 9.	
Ae. 7.	*Et matres, rumpunt has imo pectore voces:*	Ae. 11.	
Ec. 2.	*O formose Puer, magnam cui mentem, animumque*	Ae. 6.	
Ae. 6.	*Spiritus intus alit, torquet qui sidera mundi,*	Ae. 9.	
Ae. 3.	*Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera ab ESTE*	Ae. 11.	
Ge. 1.	*Progeniem, nomenque tuum, laudesque manebunt.*	Ae. 1.	

FINIS.

MOERIS

ECLOGA

De Illustriss. atque Excellentiss.
Comite

FRANCISCO

DE

CASTRO,

Taurisani Duce, &c.

In vrbe Roma

PRO PHILIPPO III.
potentiss. & maximo Hispaniarum
Rege apud Summum Pontifi-
cem Oratore.

Ad eundem Illustriss. Comitem.

MOERIS

ECLOGA

De Illustriss. atque Excellentiss. Comite

FRANCISCO

DE

CASTRO,

Taurisani Duce, &c.

In urbe Roma

PRO PHILIPPO III. potentiss. & maximo Hispaniarum Rege apud Summum Pontificem Oratore.

Ad eundem Illustriss. Comitem.

Illustrisſimo, atque Excellentisſimo D. D.

FRANCISCO COMITI DE CASTRO,

Patrono meo in primis colendo.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

QVAS ad te, Franciſce Comes Illuſtriſs. atque Excellentiſs. rudes agreſtium quidem, at veridicorum hominum, ac ſine aſſentatione diſſerentium de te col locutiones, tranſmitto; eæ in paruulis ingenij mei venis, tanquam occultæ ignis ſcintillæ in ſilice deliteſcebant. Statim vt P. F. Ioannis Gonçalez in almo noſtro Gymnaſio S. Mariæ ſuper Mineruam primarij Moderatoris doctiſsimi, nutus, atque auctoritas, quaſi igniarium admotum, ad eas excudendas aptiſsimum, me admonuit, vt aliquid tibi meritiſsimo, grauiſsimoque viro elaborarem, exilientes

emicuerunt, & vt tibi debitas redderem tacita quadam ſignificatione inſtiterunt. Eas igitur ad te deferendas dedi. Tu, Vir eruditiſsime, & maxime, quæſo, ex infecundo ingenioli mei agello eductas, ex humilique hac ædicula mea ad te in ampliſsimã ſcilicet Aulam emiſſos, humiliterque accedentes, ne deſpicias, aut reijcias. Quod ſi mihi vt opto, ac rogo, contigerit, ſatis amplum mihi videbor huiuſce lucubrationis meę fructum percepiſſe. Vale. Placentiæ Cal. Aprilis. **MDCXIV.**

Ad eundem Anagramma.

Matthæi Bartholini Placentini.

Franciſcus de Caſtro Comes, et Hiſpaniarum Regis Romae Orator, etc.
Te parem Ciceroni factus Homerus
ſacer Maro Gratis decorat ſonis.

ORator, cuius manant de pectore ſancti
Fulmina, qui quoties Romana theatra ſonanti
Eloquio reſonare facis; ſtat Tibridis vnda,
Et ſtupet, atque tuas efferi ſuper æthera laudes:
Te, *Franciſce*, parem Ciceroni factus Homerus
En, ſacer *ipſe* Maro gratis decoratque, *beatque*
Ecce ſonis: *nullus toto reperitur in orbe,*
Qui magis hoc te ſit celebrari carmine dignus:
Nec quiſquam meliore tuum, quàm Spadius, ore
Doctiloquis potis eſt numeris extollere nomen.

MOERIS ECLOGA DE FRANCISCO Comite de Castro, &c.

PERSONAE.

AMYNTAS. MOERIS.

Ae. 8. FORTE die patulę recubans sub tegmine fagi *Ec.* 1.
Ec. 5. Formosi pecoris custos formosus Amyntas *Ec.* 2.
Ec. 7. Floribus, atque apio crines ornatus, auena *Ec.* 10.
Ge. 1. Dilectam resonare docens Amaryllida siluas; *Ec.* 1.
Ec. 8. Mœrim musarum comitem, cui carmina semper, *Ae.* 9.
Ae. 9. Et cytharæ cordi, quo non præstantior alter *Ae.* 6.
Ae. 7. Pastorum ex numero numeros intendere neruis; *Ae.* 9.
Ae. 4. Festinare fugam aduersum per gramina vidit. *Ae.* 6.
Ae. 3. Lanigeræ comitantur oues, comitantur euntem *Ae.* 6.
Ge. 1. Nec non & pingues centum cum matribus agni. *Ae.* 1.
Ae. 9. Olli subridens sedato pectore Amyntas, *Ec.* 3.

Ignarusque

Ge. 1. *Ignarusque viæ instantem, & propiora tenentem* Ae. 5.
Ae. 10. Continuit Iuuenem, dulciq́ue affatus amore est: Ae. 6.
Ec. 9. *AM. Quo te mœri pedes? cursum quæ ad littora tẽdis?* Ae. 2.
Ae. 6. *Tu gemina auratum taurino cornua vultu* Ge. 4.
Ge. 1. *Fluuiorum regem Eridanum, camposq́ue nitentes,* Ae. 6.
Ge. 1. *Ipse nemus linquens patrium, terramq́ue polumque* Ae. 2.
Ec. 2. *Nunc alio patriam quæris sub sole iacentem?* Ge. 2.
Ae. 11. *MOE. Care mihi ante alios; leuium spectacula rerum* Ge. 4.
Ge. 2. *Versibus incomptis patulæ sub tegmine fagi* Ge. 4.
Ec. 6. Cum canerem, *& prolem tardè crescentis oliuæ,* Ge. 2.
Ae. 3. *Oblitus reges, & prælia,* Cynthius *aurem* Ec. 6.
Ec. 6. *Vellit, & admonuit, Pastor, mea maxima cura,* Ae. 1.
Ae. 10. *Egregij vates, & Phœbo digna locuti* Ae. 6.
Ec. 1. *Pastores ouium redimiti tempora lauro* Ae. 3.
Ae. 1. Corripuere *viam Tiberini ad fluminis vndam,* Ae. 10.
Ge. 4. *Magnanimique Ducis præstanti corpore Tauri* Ge. 4.
Ae. 12. *(Cui genus à proauis ingens, clarumq́ue Philippi* Ge. 1.
Ae. 6. *Regis, qui nulli veterum virtute secundus,* Ae. 11.
Ae. 11. *Legati: insignis fama, & felicibus armis* Ae. 7.
Ae. 10. *Quem genuit, multaq́ue insignem reddidit arte* Ae. 5.
Ae. 7. *CASTRO gens, magnum cæli ventura sub axem)* Ae. 6.
Ge. 2. Carminibus *patrijs animum, mentemq́ue benignam,* Ae. 1.
Ge. 4. *Mores, & studia, & sacris in postibus arma,* Ae. 7.
Ae. 7. *Nomen in astra ferunt. meditaris arundine musam* Ec. 6.
Ec. 1. *Siluestrem tenui musam tu lentus in vmbra?* Ec. 1.
Ge. 1. *Tu quem Parnassi deserta per ardua dulcis* Ge. 3.
Ge. 3. *Raptat amor, victorq́ue virum volitare per ora,* Ge. 3.
Ae. 3. *Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Castro.* Ae. 2.
Ae. 2. *Ad terram Hesperiam venies, vbi flauus arena* Ae. 7.
Ae. 8. *Cæruleus Tibris, cælo gratissimus, arua* Ge. 1.
Ae. 2. *Inter opima virum leni fluit agmine, cernes* Ge. 2.
Ae. 1. *Vrbem, quæ vna sibi muro circundedit arces* Ge. 2.
Ge. 4. *Septem. Hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,* Ec. 1.
Ec. 1. *Quantum lenta solet inter viburna cupressus.* Ae. 2.
Ae. 6. *Largior hic campus tibi erit, qui dicere laudes* Ec. 6.

Intellige Franciscum de Castro, Taurisani Ducem.

Facta

Ae. 10. *Facta Viri, & quæ sit poteris cognoscere virtus.* *Ec.* 4.
Ae. 4. *Eia age rumpe moras, longum ne linque laborem,* *Ae.* 3.
Ae. 9. *Rumpe moras omnes, aderitq́; vocatus Apollo.* *Ae.* 3.
Ae. 2. *Illic res lætæ, curæ, casusque leuamen,* *Ae.* 3.
Ge. 4. *Et liquidi fontes, & prata recentia riuis,* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Fortunatorum nemorum tutique receptus;* *Ae.* 11.
Ec. 5. *Et ver assiduum, atque alienis mensibus æstas;* Ge. 2.
Ae. 6. *Dulcis, & alta quies; bis pomis vtilis arbos,* Ge. 2.
Ge. 2. *Bis grauidæ pecudes, sua quæque sub arbore poma* Ec. 7.
Ec. 7. *Strata iacent passim; præstanti corpore Nymphæ* *Ae.* 1.
Ae. 7. *Assiduo resonant cantu; Iouis omnia plena.* Ec. 3.
Ec. 6. *Nunc ego cuncta videns cælo constare sereno,* *Ae.* 3.
Ge. 3. *Post actum cælo magnis Aquilonibus imbrem,* Ge. 2.
Ec. 1. *Vrbem, quam dicunt Romam, quò carmine laudem* *Ae.* 8.
Ge. 4. *Magnanimum Heroëm fama super æthera notum,* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Contendo petere: tantarum in munere laudum* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Spero equidem quondam gracili modulatus auena* *Ae.* 1.
Ec. 8. *Pastorum musam, cum Gallus amore periret,* Ec. 10.
Ec. 5. *Montibus in nostris Nisæ deceptus amore,* Ec. 8.
Ae. 6. *Insuetum per iter maioribus ire per altum* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Auspicijs, quocunque dabunt se tempore vires.* *Ae.* 4.
Ae. 3. *AM. Pastorem, diues pecoris, qui lactis abundans,* Ec. 2.
Ec. 6. *Pascere oportet oues, virides armenta per herbas,* Ge. 3.
Ec. 2. *Atque humiles habitare casas, & florea rura:* *Ae.* 1.
Ec. 2. *Sole sub ardenti deductum dicere carmen* Ec. 6.
Ge. 1. *Pan ouium custos calamo permisit agresti;* Ec. 1.
Ec. 5. *Tu calamos inflare leues assuetus, & vmbræ* Ge. 3.
Ae. 10. *Populeas inter frondes, quo carmine dices* Ge. 2.
Ae. 1. *Insignem pietate Virum, Tauroque superbum?* *Ae.* 5.
Ae. 11. *MOE. Dicam equidem fretus cythara, fidibusq́; canoris* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Fatidicæ Mantus: referam tibi Mantua palmas,* Ge. 3.
Ec. 1. *Nanque fatebor enim, non omnia possumus omnes,* Ec. 8.
Ae. 1. *Non ea vis animo; superet modò Mantua nobis* Ec. 9.
Ec. 4. *Non me carminibus uincet mirabilis Orpheus.* Ge. 4.
Ae. 4. *AM. Multa Viri virtus; mitte hanc de pectore curam* *Ae.* 6.

Eundem Taurisani Ducem intelligit.
Idest Virgilij Mantuani.

Ignotas

Ae. 8. Ignotas tentare vias sine numine diuum. Ae. 6.
Ec. 5. Saltantes Satyros laudato, ingentia rura Ge. 2.
Ec. 5. Panaque pastoresque, neque est ignobile carmen. Ec. 9.
Ae. 3. MOE. Haud ignota loquar: nō hac sine numine diuum Ae. 2.
Ae. 5. Structa; peregrina ferrugine clarus Ibera, Ae. 9.
Ae. 2. Relligione Patris, cui aperitur vertice Sidus, Ae. 8.
Ae. 3. Hæc mihi prædixit à templo, adytisque Mineruæ. Ae. 2.
Ae. 6. AM. Vnum oro, melior quoniam pars acta diei est, Ae. 9.
Ae. 12. Vlterius ne tende, animo gratissime nostro, Ae. 12.
Ge. 3. Ac si quid cessare potes, requiesce sub vmbra Ec. 7.
Ec. 2. Mecum vnà. Herois laudes, & facta parentum Ec. 4.
Ae. 6. Ipse canens, oro, quæ prima exordia sumes? Ae. 4.
Ec. 5. Incipe, pascentes seruabit Tityrus agnos. Ec. 7.
Ec. 5. MOE. Tu maior, tibi me est æquum parere. Virorum Ae. 11.
Ae. 3. Hospitium antiquum, centum sublime columnis Ae. 7.
Ae. 7. Tectum, augustum, ingens, veterum penetralia regum, Ae. 2.
Ge. 4. Ingressus: radijs ardentem lucis, & auro Ae. 7.
Ae. 2. Atque his ingentem Comitem in penetralibus altis, Ae. 7.
Ae. 11. Ingentemque animis, ingentem corpore cernens, Ae. 6.
Ae. 12. Nudato capite hæc effundam pectore dicta: Ae. 7.
Ae. 8. Flos veterum, virtusque virum, decus addite diuis, Ae. 8.
Ae. 8. Salue, vera Iouis proles; multosque per annos Ge. 4.
Ae. 9. Te superesse velit magni Regnator Olympi. Ae. 10.
Ec. 5. Tu decus omne tuis postquam tua te optima mater, Ae. 10.
Ae. 2. Alma parens, partu sub luminis edidit auras. Ae. 7.
Ae. 10. Omnipotens, cælum, & terras qui numine torquet, Ae. 4.
Ae. 2. Intonuit læuum cæli de parte serena; Ae. 9.
Ge. 4. Ipsa tibi niuei liquida inter nubila cycni Ae. 7.
Ae. 8. Nascenti cinxere polum, cantusque dedere. Ae. 1.
Ec. 5. Ipsi lætitia voces, mirabile dictu, Ge. 2.
Ec. 5. Intonsi montes: sonuerunt omnia plausu. Ae. 5.
Ec. 5. AM. Pastores edera crescentem ornate poëtam. Ec. 7.
Ec. 4. Si canis hic illi diuino carmine, pastor, Ec. 6.
Ge. 1. Quid facies postquam coram data copia fandi? Ae. 11.
Ae. 4. Si bene quid de te merui, diuine poëta, Ec. 10.

Is est Magister Io Gonzalez Hisp. Ord. D. Dominici, in studio S. Mariæ super Mineruā moderator primarius.

Magnanimi

Ae. 6. *Magnanimi Herois virtutem, animosq́ viriles* Ae. 3.
Ae. 12. *Prosequere, attondent simæ virgulta capellæ* Ec. 10.
Ec. 10. *Dum tenera, èque sacra resonant examina quercu.* Ec. 7.
Ae. 12. *MOE. Adijciam: primo depulsus ab vbere matris,* Ge. 3.

Herois dotes.

Ge. 4. *Ingentes animos angusto in pectore seruans,* Ae. 3.

Religio.

Ae. 1. *Aeterni Regis magnum, & memorabile nomen,* Ae. 4.
Ae. 7. *Cura tibi, diuam patriæ Dominamque potentem* Ae. 6.
Ae. 3. *Sidereæ, diuum effigies, & templa tueri.* Ae. 7.
Ae. 11. *Mœnibus in patrijs signans intonsa iuuenta* Ae. 9.

Disciplinarum amor.

Ae. 9. *Ora puer prima laudis succensus amore* Ae. 7.
Ae. 2. *Ipse inter primos virtutem extendere factis* Ae. 6.
Ae. 2. *Palladis auxilijs solitus, dulcedine læta* Ge. 1.
Ae. 9. *Castro se tanto tellus iactabat alumno.* Ae. 6.
Ec. 6. *Nanque suas artes, sua munera lætus Apollo* Ae. 12.
Ec. 8. *Ipse dedit tibi; res antiquæ laudis, & artis.* Ge. 2.
Ec. 7. *Nymphæ noster amor viridanti tempora lauro* Ae. 5.

Poësis.

Ae. 1. *Et cantu cinxere, & te fecere poetam.* Ec. 9.
Ge. 1. *AM. Glauca salix quantum pallenti cedit oliuæ,* Ec. 5.
Ae. 6. *Auricomis humilis quantum saliunca rosetis,* Ec. 5.
Ec. 5. *Iudicio nostro tantum tibi Thracius Orpheus.* Ec. 4.

Philosophia.

Ae. 11. *MOE. Adijciam: Veterum voluens monumenta virorū* Ae. 3.
Ae. 6. *Naturæ causas penitus tentare latentes,* Ae. 3.
Ae. 2. *Prodere res alta terra, & caligine mersas* Ae. 6.
Ae. 10. *Tu potes, & varium cæli prædicere morem.* Ge. 1.

D. Thomas Aquinas Neapolis patronus, tertius à D. Dominico inter cælites prædic. ordinis relatus à Clem. 8. diuinæ voluntatis Interpres vocatus, cuius theologiam optimè callet Franciscus de Castro. Eiusdē fides in cōsilijs, eloquētia, aliq. virt.

Ae. 3. *Quæcunque in folijs descripsit maximus Heros* Ae. 6.
Ae. 6. *Parthenopes (numerum diuorum altaribus augens* Ae. 7.
Ae. 10. *Tertius, ille hominum, diuumque Interpres Aquino* Ae. 9.
Ae. 4. *Nec non & Comitum prisco de sanguine; magnus* Ae. 7.
Ae. 4. *Interpres diuum, Diuinæ Mentis, & haustus* Ge. 4.
Ge. 4. *Aetherios summo qui hausit de gurgite lymphas)* Ae. 9.
Ae. 1. *Nota tibi, haud sine mente reor, sine numine diuum.* Ae. 5.
Ae. 7. *Tu quoque consilijs habitus non futilis auctor;* Ae. 11.
Ae. 11. *Largus opum, & lingua melior; tibi maxima rerum* Ae. 9.
Ae. 9. *Verborumque fides, magnum quæ sparsa per orbem:* Ae. 1.
Ge. 4. *Admiranda tibi facto prudentia maior.* Ge. 1.

Centum

Ae. 7. Centum oratores augusta ad mœnia sacri Ae. 8.
Ae. 2. Pastoris magni, cæli cui sidera parent, Ae. 10. Pauli V. pontificis max.
Ae. 6. Et Chaos, & Phlegethon, rerum & pulcherrima Roma, Ge. 2.
Ae. 12. Virtute exuperas, tua terris didita fama. Ae. 8.
Ec. 4. Teque adeo decus hoc æui, Rex ipse Latinus Ae. 7. Idem Paul. V.
Ae. 9. Purpureique Patres, atque altæ mœnia Romæ Ae. 1.
Ec. 2. Ipsa colunt, lenis crepitans vocat Auster in altum Ae. 3. Philippus Austriacus Rex
Ae. 6. Te quoque magna manent: opera ad maiora remittet Ae. 12. Hispaniarum.
Ge. 2. Austrinus, magnorum haud vnquam indignus auorum, Ae. 12.
Ae. 7. Rex genus egregium, & magna inter præmia ducet. Ae. 12. Idem Austriacus.
Ge. 1. Scilicet & tempus veniet, cum tu optimus armis Ae. 9.
Ae. 12. Perque hostes, per tela ruens, populosque feroces, Ae. 1.
Ae. 12. Desertorem Asiæ, lunatis agmina peltis Ae. 11.
Ae. 1. Contundes, moresq; viris, & mœnia pones. Ae. 10.
Ae. 5. Tum genus omne tuum super & Garamantas, & Indos Ae. 6.
Ae. 6. Proferet imperium, & cunctis dominabitur oris, Ae. 3.
Ae. 3. Et nati natorum, & qui nascentur ab istis. Ae. 2.
Ae. 1. Perge modo, & qua te ducit via dirige gressus, Ae. 12.
Ae. 9. Macte noua virtute, ingentibus omnia cœptis Ae. 9.
Ae. 9. Spondeo digna tuis: viuusq; per ora feretur Ae. 12.
Ec. 5. Semper honos, nomenque tuum, laudesque, decusque. Ae. 2.
Ec. 5. AM. Tale tuum carmen nobis mirabile carmen Ge. 4.
Ec. 5. Quale sopor fessis in gramine, digna cothurno Ec. 8.
Ec. 8. Sola sophocleo tua carmina, digna corona. Ae. 3.
Ae. 5. Quod superest, oro, susceptum perfice munus. Ae. 6.
Ae. 12. MOE. O præstans animi Iuuenis, meus ignis, Amynta, Ec. 3.
Ae. 5. Haud mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ge. 2.
Ae. 6. Ferrea vox, omnes nil magnæ laudis egentis Ae. 5.
Ae. 6. Factaque fortunasque Viri percurrere possem. Ae. 6.
Ec. 5. Hæc qui scire velit, Lybici velit æquoris idem Ge. 2.
Ge. 2. Discere quàm multæ Zephiro vertantur arenæ: Ae. 5.
Ge. 2. Aut vbi nauigijs violentior incidit Auster, Ge. 3.
Ae. 3. Scire quot Ionij veniant ad littora fluctus. Ge. 2.
Ae. 3. Pauca tibi è multis; amplecti versibus opto Ge. 2.
Ge. 2. Non ego cuncta meis, totum vulgata per orbem. Ae. 1.

Ipse

Paulus V. cuius Insigne habet Aquilam, & Draconem. Venetis sacra interdicuntur.

Ae. 5. *Ipse Gubernator, rerum cui summa potestas,* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Quem primi colimus, cui belli Insigne superbum* *Ae.* 8.
Ge. 4. *Squamosusque Draco, & pedibus Iouis Armiges vncis,* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Armatus ferro, & Christi cælestibus armis,* *Ae.* 12.
Ae. 3. *Imperiumque Vrbis, vastum quæ prodit in æquor,* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Dirùm execratur: lethali vulnere rumpit* *Ae.* 9.

Pontificij anathematis publicatio.

Ae. 6. *Illustres animas populorum; aptatque superbis* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Hic templis causam, crimenque, caputque malorum.* *Ae.* 12.
Ec. 2. *Præterea, ne præceptis parere recusent,* *Ae.* 2.
Ae. 7. *Agmina in arma vocat, fulgentes ære cateruas.* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Ductores auro effulgent, ostroq; decori,* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Ac animos aptant armis pugnæque parant se.* *Ae.* 10.

Petrus Comes Fontium Insubrium Gubernator.

Ae. 2. *Suscitat æratasque acies in prælia Fontis* *Ae.* 12.
Ae. 9. *Ipse Comes, pulsuq; pedum tremit excita tellus.* *Ae.* 7.

Leonardi Donati Venetiarũ Ducis.

Ae. 5. *Iamque adeo Donati omnis populusque patresque* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebat.* *Ge.* 3.

Respub. Veneta.

Ae. 12. *Tum demum mouet arma Leo, populumque patresque* *Ae.* 4.
Ae. 1. *Collectis à morte parat defendere telis.* *Ae.* 2.

Philippum Hispaniarũ Regē.

Ae. 4. *Protinus ad Regem cursus detorquet Iberum* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Nuncia fama, aliud quâ non velocius vllum.* *Ae.* 4.

Philippus idē. Franciscum de Castro. Eiusdem in reconciliandis Summo Pontifici Venetis sedulitas.

Ae. 7. *Dum medium paci se offert iustissimus Auster* *Ge.* 1.
Ae. 5. *Delegit Comitem tantas componere lites.* *Ec.* 3.
Ae. 6. *It Comes, & paribus curis opera omnia rumpit* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Serpentis, furiale malum, plagasque superbi.* *Ge.* 3.
Ae. 6. *Itque, reditque viam toties, industria firmat* *Ge.* 3.
Ae. 5. *Multa Viri, mollitque animos, & temperat iras.* *Ae.* 1.
Ec. 5. *AM. Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vua,* *Ec.* 4.
Ec. 5. *Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus agris,* *Ge.* 1.
Ec. 1. *Sic decus omne tuis postquam te fata tulerunt* *Ec.* 5.

Comes de Lemos, Francisci de Castro frater Neapolitani Regni Prorex.

Ae. 11. *Tu Comes. MOE. O famæ meritò pars maxima nostræ* *Ge.* 2.
Ae. 10. *Huic Frater fama multis memoratus in oris,* *Ae.* 7.
Ae. 11. *Cuius ob auspicium celsis caput vrbibus exit* *Ae.* 8.
Ge. 4. *Parthenope diues, studijsq; asperrima belli;* *Ae.* 1.
Ge. 2. *Nam populum latè regem, belloque superbum* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Ille regit, totum ac sub leges mitteret Orbem.* *Ae.* 4.

Missus

Ae. 6.	*Missus in imperium magnum Sebethide Nympha*	Ae. 7.	
Ae. 1.	*Os, humerosque Deo similis fortissimus Heros*	Ae. 6.	Eiusdem laus, & in regendo prudentia.
Ae. 11.	*Per gentes dat iura, viamque affectat Olympo:*	Ge. 4.	
Ae. 5.	*Muneribus cumulat & relligiosa deorum*	Ae. 2.	Religio.
Ae. 3.	*Templa, Deique domos, templisque indicit honorem.*	Ae. 1.	
Ae. 1.	*Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egentes*	Ae. 7.	
Ae. 12.	*Adiuuat, ac fessos opibus solatur amicis.*	Ae. 5.	
Ae. 1.	*O fortunati, nati melioribus annis,*	Ae. 6.	Charitas.
Ae. 3.	*Vobis parta quies, redeunt Saturnia regna.*	Ec. 4.	
Ge. 4.	*Haud lupus insidias explorat ouilia circum,*	Ge. 3.	
Ae. 6.	*Nec vim tela ferunt, tuta latet arce viator,*	Ae. 10.	
Ae. 12.	*Occidit & serpens, & fallax herba veneni,*	Ec. 4.	
Ae. 6.	*Et metus, & malesuada fames tremefacta refugit.*	Ae. 12.	
Ec. 9.	*Sed tamen ista satis: iam desine tibia versus,*	Ec. 8.	
Ae. 7.	*Tyrrhenum ad Tibrim paulo maiora canemus.*	Ec. 4.	
Ae. 2.	*Iamque vale, iussis ingentibus vrget Apollo*	Ae. 7.	
Ae. 8.	*Præcipitare moras magnam Mauortis ad Vrbem.*	Ae. 6.	
Ec. 5.	*AM. Quæ tibi, quæ tali reddam pro munere dona?*	Ae. 5.	
Ae. 1.	*Non opis est nostræ, Rex omnipotentis Olympi*	Ae. 12.	
Ae. 1.	*Præmia digna ferat. fluuios dum piscis amabit,*	Ec. 5.	
Ec. 5.	*Dum iuga montis aper, dum spiritus hos reget artus,*	Ae. 4.	
Ae. 8.	*Semper honore meo, semper celebrabere cantu.*	Ae. 6.	
Ae. 1.	*Perge modo, totum qui viribus occupat Orbem*	Ae. 7.	
Ae. 10.	*Omnipotens habitet tecum, & sit pectore in isto,*	Ae. 11.	
Ae. 1.	*Vt cum te gremio accipiet lætissima Roma*	Ae. 6.	
Ae. 5.	*Sublimem pedibus rapiat Iouis Ales in auras,*	Ae. 5.	Paulus V. propter Aquilam in eius Insigni.
Ae. 6.	*Noctes, atque dies ingenti protegat vmbra.*	Ge. 2.	

FINIS.

DE
CAROLO
COMITE
S. R. E.
CARDINALI,
Atque Anconæ Episcopo

LIBRI TRES.

Ad Illustriss. & Excellentiss. D.D.

APPIVM COMITEM

Poli Principem, &c.

Illustriss. atque Excellentiss. D. D.

APPIO COMITI POLI PRINCIPI, &c.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

QVOD opusculum calamo exaratum tu, Appi Illustriss. atque Excellentiss. superioribus annis Carolo Cardinali ampliss. patruo tuo, pro tua incredibili humanitate, offerre nomine meo minime grauatus es; id hoc tempore typis ęneis excusum, orbis terrarum theatro conspiciendum se præbet. Quoniam verò venit mihi in mentem subuereri, ne liuor, qui nõ modo quæ à mediocribus, sed etiam quę ab optimis profecta sunt ingenijs, prauè intelligit, & obliquis intuetur oculis; & qui quicquid alij faciunt, quemadmodum nõ rectum putat, ita semper è sublimi, quod aiunt, vel deridet, vel alijs deridendum propinat; hoc tempore quasi grassator in insi-

dijs delitescens immaturum hunc ingenioli mei fetum dentibus plusquam Theoninis inuadat, & repentino, importunoque morsu dilaceret; faciundum putaui, vt eum sub tui clarissimi nominis inscriptione publicarem. lucubratio enim mea hoc firmissimo patrocinij tui munita præsidio, & tanquam Apio, quo victores olim coronabantur, redimita, maleuolorum voculas victrix effugiet. Accedit alia causa omnium potissima, quòd cum huius scriptiunculæ argumentum totum versetur in vestræ amplissimæ familię laudibus; nulli alij, quàm tibi, Appi generosissime, qui tuis maioribus, viris domi militiæque maximis te dignum præbes, dicari debuit. Accipe igitur, & si quid otij tibi à grauissimis negotijs suppetit, lege. Quam si te legisse, lectamque tibi placuisse, vel non omnino displicuisse intellexero, non mediocrem meorum laborum fructum videbor percepisse.

Vale. Placentiæ. Cal. Aprilis. MDCXIV.

De eodem Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Cardinali.

AVCTORIS ANAGRAMMA.

Carolus de Comitibus Sanctę Romanę Eccle-
ſiae Cardinalis, atque Anconae Epiſcopus, etc.
I Pater o patriae, diuino numine ſcamna,
Quae celebras ſcandes, cuſtos coeleſtia ceu Sol.

R*OMVLIDVM cum tecta COMES Mauortia tecta*
CAROLVS Aſſirio peteret ſpectabilis oſtro
Præcipitem linquens Rhodanum, Gallumq; ferocem,
Hinc, atque hinc glomerata ſenum, iuuenumque caterua
Protinus has hilari fudere è pectore voces:
Purpurei decus, & ſancti pars magna Senatus,
Viue diu felix; Capitolia ad alta ſacrorum
Pontificum ſummus tecum, Pater Vrbis, & Orbis
Maximus, impoſitam molem ceruicibus altis
Haud preſſus grauitate feret noctesque diesque:
I Pater o patriae, diuino numine ſcamna,
Quae celebras ſcandes, cuſtos *Romana ſupremus*
Et tandem, auſpicibus diuis, coeleſtia ceu Sol.
I decus Auſoniæ, ſalue ſpes altera Romæ,
Aeternumque vale: his dictis ripæq;, lacusque
Reſpondere vale, atque vale inſonuere cauernæ.

Ad eundem.

Aliud eiusdem.

Carolus de Comitibus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, atque Anconae Episcopus.
Salue Sancte Parens, caeli deuectus ab arce,
Omnia quo pascas ditione, ac nomine celso.

INCLYTE *Romulidum, pietas cui maxima, & ingens*
Virtus purpureo redimiuit murice crines;
Tu pro Semideo caeloque soloque potenti
Littus ad Ausonium nulli virtute secundus,
Spumantem ad Rhodanum populis & iura dedisti:
Te pietate grauem, ac meritis miratus in orbe est
Germano Cæsar; Dux & pater Vrbis aquosæ,
Magnanimique Duces Italum, quos vnus adisti
Postremo fuit orba Duce Vrbs cum Ferrea magno:
Nunc quoque qui superûm nutu soluitq; premitque
Terras te adiungit socium. mea maxima cura,
Quæ tibi erit merces tantorum hic digna laborum?
Crescet onus, nec crescet honos? te ad Tibridis vndam
Tergemino ornatum genibus summißus honore
Ipse colam, nec vana fides, nanque ista verendis
Nominibus contenta tuis mihi singula produnt.
Salue Sancte Parens, caeli deuectus ab arce,
Omnia quo pascas ditione, ac nomine celso
Cuncta regas, Pastor sedeas Mauortis ad Vrbem,
Præmia digna tuis meritis. Deus omina firma.

Ad eundem.

A N A G R A M M A.

Matthæi Bartholini Placentini.

Carolus de Comitibus S. R. E. Cardinalis, et
Anconae Praeſul.
Inter colluces nae ac ſupra ſidera dia
Vt Sol orbe micans.

C*Arole, cui bifida præſulgent tempora mitra,*
Cuius & ad talos coccina rubra fluunt;
Magnus vbique tuis cum tu virtutibus ardens
Adſis purpurei gloria ſumma chori,
Inter colluces ac ſupra ſidera dia
Vt Sol nae *miris dotibus orbe* micans.
Clara tuum veluti portendit & omnia nomen,
Spadius & Phœbo certior ipſe canit.

Ad eundem.

Aliud eiuſdem.

Carolus de Comitibus S. R. E. Cardinalis, atque
Anconae Epiſcopus.
Voce, via populis caris dans ecce ſalutem
Doctrinaque beans oris.

VOce, via populis caris dans ecce ſalutem
Doctrinaque beans oris, *clariſſime Præſul,*

Vel super astra gregem cæli radiantia ducis
Ipse tuum; ab lecto longeque repellis ouili
Tartareas vires, Stygioque tueris ab hoste.
Sique Dei quisquam deflectit tramite iusto
Sancta tuo exemplo tua iussa capessere cogis.
Digne vir aspiciant, quem mox Capitolia sacro
Ornatum crines triplici diademate; quando
In terris tanta, Antistes, virtute coruscas.

De operis Auctore.
Anagramma eiusdem.

Ioannes Bap.ta Spadius Lector Dominicanus.
Id stupet Andini, ac caelo manans opus orbis.

VT prius admirans varium, & mirabile vatis
Non iam Mæonij suspicit orbis opus:
Pindaricæque iacent resonantia plectra camœnæ,
Et iacet Italicæ Musa secunda chelys:
Id stupet Andini, ac caelo manans opus orbis
Quo nihil in toto clarius orbe sonat.
Nam Comitis laudes dum Spadius ore Maronis
Concinit; Andinum, se, Comitemque canit.

De opere, & Auctore.

ANAGRAMMA.

Jo. Baptistæ Cauucij Cremonensis.

Carolus de Comitibus S.R.E. Cardinalis, et Anconae Episcopus.
Ecce colluces Ioannes Baptista Spadius dum canis ore raro.

NOmine de Comitis veniunt tua nomina, Spadi;
Carole, de Spadi nomine nomen habes:

Lauda-

Laudaris, laudas, celebras, celebraris, & inde
Laus tua, fama, decus, gloria ad astra volat.
Colluces *hinc* ecce *simul* Baptista Ioannes
Dum raro, *atque nouo* Spadius ore canis.

De operis Auctore.

ANAGRAMMA.

Laurentij Ferrarij Placentini.

Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes Baptista Spadius à Florentiola Placentinus, Ordinis Praedicatorum, Placentiae Lector optimus, Inquisitionisq; Vicarius.
Splendida purpurei plectro decorata Maronis
Facta Patris canimus, nobiliore metro:
Quae dein posteritas, atq; inuidiosa vetustas
Suspicient, vlla non moritura die.

SPlendida purpurei plectro decorata Maronis
Facta Patris canimus, nobiliore metro:
Quae dein posteritas, atq; inuidiosa vetustas
Suspicient, vlla non moritura die.
Nostraque cum magno communia scripta Marone,
Communes vita sunt habitura dies.

De eodem. Eiusdem.

DVm tua Virgilij spatiatur Musa per arua,
Quosque legat flores inde, vel inde notat:
Floribus æternam quibus ingeniosa coronam
Purpureo intexit tempus in omne Patri:
Andinus stupet ipse inspectans talia ab Orco;
Hocque suis numeris crescere gaudet opus.

Verbaque

Verbaque miratur proprijs è ſedibus acta,
Integraque è ſectis carmina carminibus.
Tunc ait: o, noſtrum ingenio, ingenioſe Poeta,
Noſtraque nominibus nomina iuncta tuis!

Aliud. Eiuſdem.

D*Vm canit Elyſijs Vates Andinus in oris,*
Componens numeris fila canora lyræ:
Sentit ab ignotis manibus ſua plectra moueri,
Carminibusque ſuis maius ineſſe decus:
Protinus abiectaque lyra, captusque timore
Certa videns famæ damna futura ſuæ:
Viximus in ſuperis, exclamat, viximus oris
Concedunt Vati nomina noſtra nouo.

Aliud. Eiuſdem.

Virgilius loquitur.

Q*Vid iuuat egreſſum ſiluis, auidique Magiſtrum*
Agricolæ, armatos intonuiſſe viros?
Si nouus inſurgit Vates, qui carminis huius,
Vnius in laudes, iungit vtrumque genus.
Iam meus Aeneas fama ſuper æthera notus
Me duce, cedit ei, quem canit ille Viro.
Et quibus Aeneæ, noſtrumque refulſerat olim
Carminibus, tenebras vndique nomen habet.

Aliud. Eiuſdem.

T*Roia ruit proprijs iterum ſubmerſa ruinis,*
Ruraque cum ſiluis interitura cadunt.
Nec pius Aeneas, medio iam raptus ab igne,
Effugit excidij talia damna noui.

Prodit

Prodit ab exitijs quibus augustissimus Heros,
Cui nitidum cingit purpura sacra caput.
Prodit ab exitijs quibus eruta Musa Maronis
Carminibus, plectrum Vate mouente nouo.
Troiaque, ruraque, siluæque, Aeneasque, Maroque
Orba suo, haud proprium nomine nomen habent.

Claudij Caucij Cremonensis.

INclyta dum Comitis, Spadi, præconia pandis;
Quisque applaudit, ouat, gaudet, & inde stupet.
Dumque melos promis, cantu mens enthea dulci,
Obstupet, insolita est nam fruitura dape.

DE CAROLO COMITE S. R. E. CARDINALI, ATQVE Anconæ Episcopo

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

EXORTO inter Philippum II. Hispaniarum Regem, & Paulum IV. Pontif. Max. regni Neapolitani causa bello; à Pontifice mittitur Torquatus Comes cum octingentis equitibus, vt Anagniam tueatur, & Regis exercitum Albano Duce ductore ad Vrbem diripiendam properantem remoretur: Quod & egregiè prestat.

præſtat. Anagniam enim minimè munitam, & ſtrenuè oppugnatam, mira animi, & corporis fortitudine ad plures dies præter omnium ſpem Hiſpanis obſiſtens defendit. Mox ea relicta, quam munire non poterat; callidè, cum ciuibus, ac militibus omnibus inde egreditur. Placato tandem Pontificis animo, pax inter ipſum & Philippum Torquato Comite multum adiuuante componitur.

LIBER PRIMVS.

Carolum Comitem Card. intelligit.

Ae. 1. INSIGNEM *pietate* VIRVM *de gente vetusta* *Ae.* 9.
Ge. 4. *Magnanimum Heroum; cui belli Insigne superbum* *Ae.* 8.
Ge. 3. *Turbidus alta petens pedibus Iouis Armiger vncis;* *Ae.* 9.
Ge. 4. *Quem Romana potens Itala virtute Propago,* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Cara mihi,* COMITVM *sub luminis edidit auras;* *Ae.* 7.
Ge. 2. *Est cui picta croco, & fulgenti Murice Vestis,* *Ae.* 9.
Ec. 2. *Canto, qua solitus cythara, fidibusque canoris.* *Ae.* 6.
Ec. 4. *Tuq; adeo decus hoc æui, spes altera Romæ,* *Ae.* 12.
Ec. 2. *Huc ades: hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ* *Ec.* 6.
Ae. 10. *Fatidicæ Mantus, dulces ante omnia Musæ,* *Ge.* 2.

Virgilio.

Ec. 5. *Pastori quos ante seni; quibus ille solebat* *Ec.* 6.
Ae. 4. *Sistere aquam fluuijs, deducere montibus ornos* *Ec.* 6.
Ec. 6. *Cantando rigidas, & vertere sidera retro.* *Ae.* 4.
Ge. 3. *Cum Senior leto canentia lumina soluit* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Ipse caput populis, Tusco de sanguine Pastor* *Ec.* 6.

Marcellus II. Pont. Max.

Ae. 3. *Maximus insignis spolijs Marcellus opimis,* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Flauentes abscißa comas Mauortia tellus* *Ge.* 4.
Ae. 12. *Stabat acerba fremens Tiberini ad fluminis vndam,* *Ae.* 11.
Ae. 10. *Quandoquidem afflictis melius confidere rebus* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Sperauit, requiem pugnæ, rebusque salutem* *Ae.* 12.
Ae. 9. *Fertilis Ausoniæ gentis, Saturnia regna.* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Nec longum in medio tempus, cum lumine Quartum* *Ae.* 6.

Paulum IV. Pōtificem, patria Neapolitanū.

Ae. 4. *Conspexit Paulum, genus alto à sanguine diuum,* *Ae.* 5.
Ae. 5. *Quem genuit, multaque insignem reddidit arte* *Ae.* 5.
Ge. 4. *Parthenope diues, studijsque asperrima belli.* *Ae.* 1.

Eiusdē præclara gesta in Vrbe.

Ae. 2. *Hic primum haud vlli veterum virtute secundus* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Missus in Imperium, cæli cui sidera parent,* *Ae.* 10.
Ae. 3. *Infernique lacus, atque altæ mœnia Romæ,* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Haud mora festinat virtutem extendere factis.* *Ae.* 6.

Romanos

Ae. 1. *Romanos rerum dominos, sanctumque senatum* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Muneribus cumulat magnis. Tyburq; superbum* *Ae.* 7.
Ae. 12. *Defecisse videns Romanis arcibus olim* *Ae.* 10.

Tybur vrbem Romanis resti tuit.

Ge. 2. *Restituit. multos Equites ex vrbe Latina* *Ae.* 9.
Ae. 2. *(Intemerata Fides nomen dedit, armaque fixit)* *Ae.* 1.
Ec. 2. *Instituit, rebusque venit non asper egenis.* *Ae.* 8.

Centum viginti nobiles Romanos equestri dignitate insigniuit, quos Fidei Equites vocauit.

Ae. 6. *His actis properè facta est pulcherrima Roma,* *Ge.* 2.
Ge. 4. *Ac cœpit tristes animo deponere curas;* *Ge.* 4.
Ae. 9. *Et Statuam, meriti tanti non immemor vnquam,* *Ae.* 9.
Ae. 5. *Attulit ipsa Viro, monumentum, & pignus amoris.* *Ae.* 5.

Statua Pontifici à Romanis erecta.

Ec. 3. *Temporaque (vt perhibent) illo sub Rege fuere* *Ae.* 8.
Ec. 3. *Aurea, sic placida populos in pace regebat* *Ae.* 8.
Ge. 2. *Principiò, donec paulatim decolor ætas,* *Ae.* 8.
Ge. 1. *Armorum rabies, & amor successu habendi.* *Ae.* 8.

Præclaris initijs cetera nō responderunt.

Ge. 2. *Nanque ea diuersa penitus dum parte geruntur,* *Ae.* 9.
Ge. 2. *Ecce inimicus atrox, immani concitus ira,* *Ae.* 9.

Diabolus aduersarius.

Ae. 2. *Ausus qui manibus magnum rescindere cælum,* *Ae.* 6.
Ge. 2. *Aeternum superisque Iouem detrudere regnis,* *Ae.* 6.
Ae. 11. *Seditione potens, Stygijs sese extulit vndis.* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Curuatis fertur spatijs, omnemque pererrat* *Ae.* 11.
Ge. 4. *Principiò Hesperiam magnam, Saturniaque arua;* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Sanguineam voluens aciem penetrauit ad Vrbem.* *Ae.* 7.

Romam.

Ae. 10. *At verò vt vultu vidit, oculisque malignis* *Ae.* 5.
Ae. 12. *Pastorem rerum dominum, gentemque togatam* *Ae.* 1.
Ae. 7. *Donaque ferre viris, & pacis dicere leges,* *Ae.* 12.

Paulum Pontificem.

Ge. 3. *In furias ignemque ruit, totaque vagatur* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Ipse Vrbe, æternum seruans sub pectore vulnus:* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Threycia qualis coniecta Cerua sagitta* *Ae.* 4.
Ge. 2. *Cum procul incautam nemora inter Cressia fixit* *Ae.* 4.
Ec. 7. *Thyrsis agens telis, liquitque volatile ferrum* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Inscius, illa fuga siluas, saltusque peragrat* *Ae.* 4.
Ae. 3. *Cretæos, hæret lateri letalis arundo.* *Ae.* 4.
Ge. 3. *Stare loco nescit, spumas agit ore cruentas.* *Ge.* 3.
Ge. 2. *Inde caput quassans hæc fudit pectore dicta:* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Heu stirpem inuisam! placida contenta quiete* *Ae.* 9.

Gens

	Ae. 1.	*Gens inimica mihi sedet? æternumque sedebit?*	*Ae. 6.*
	Ge. 1.	*Ergo Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus*	*Ae. 7.*
	Ec. 2.	*Nunc in amicitiam coëunt, & fœdera iungunt?*	*Ae. 7.*
	Ae. 9.	*His amor vnus erit? potuit quæ plurima virtus*	*Ae. 11.*
	Ec. 6.	*Nostra nec hanc Italis pacem, nec fœdera rumpet?*	*Ae. 12.*
	Ae. 6.	*Fulmine deiecti cæli de parte serena*	*Ae. 9.*
	Ae. 6.	*Lethæum ad fluuium, qui me, meaque arma secuti,*	*Ae. 10.*
	Ae. 12.	*Huc, huc; nullus amor populis, nec fœdera sunto*	*Ae. 4.*
	Ae. 3.	*Italiæ quocunque dabunt se tempore vires.*	*Ae. 4.*
	Ae. 12.	*Hæc vbi dicta dedit, dirarum ab sede sororum,*	*Ae. 7.*
	Ae. 7.	*Infernisque ciet tenebris, & carcere cæco*	*Ae. 6.*
	Ae. 7.	*Luctificam Alecto, fuditque has ore loquelas:*	*Ae. 5.*
	Ae. 1.	*Tu mihi da proprium, Virgo sata nocte, laborem*	*Ae. 7.*
	Ae. 7.	*Hanc operam: pacem ne æterno fœdere iungat*	*Ae. 11.*
	Ae. 3.	*Italia, increscant animis discordibus iræ.*	*Ae. 9.*
	Ae. 7.	*Tu potes vnanimes armare in prælia gentes,*	Ge. 3.
	Ae. 6.	*Deturbare domos, luctu miscere hymenæos,*	*Ae. 12.*
	Ae. 7.	*Funestasque inferre faces; tibi nomina mille,*	*Ae. 7.*
	Ae. 10.	*Totque nocendi artes: fecundum concute pectus:*	*Ae. 7.*
	Ae. 7.	*Disiice compositam pacem, sere semina belli*	*Ae. 10.*
	Ec. 2.	*Mecum vnà, ne noster honos, infractaue cedat*	*Ae. 7.*
	Ae. 7.	*Fama loco, inspires ignem, fallasque veneno.*	*Ae. 1.*
	Ae. 2.	*Vix ea fatus erat. Subito Cocitia Virgo*	*Ae. 7.*
	Ae. 10.	*Acta furore graui vocat agmina sæua sororum.*	*Ae. 6.*
	Ae. 7.	*Principiò Latium, vicinaque Tibridis arua*	*Ae. 3.*
	Ae. 12.	*Inuadunt: penetrant aulas, & limina Regis*	Ge. 2.
Romani Pontificis.	Ge. 3.	*Romani. aspirat primo fortuna labori.*	*Ae. 2.*
	Ae. 1.	*Nanque sub ingenti lustrant dum singula tecto*	Ge. 4.
Pontifex.	Ge. 1.	*Ipse Pater Tiberim, & Romana palatia seruans,*	Ge. 1.
	Ae. 6.	*Intra tecta vocat magna de stirpe Nepotes,*	*Ae. 6.*
Cardinales Nepotes.	*Ae. 9.*	*Purpureos cristis Iuuenes, primosque suorum.*	*Ae. 11.*
	Ae. 5.	*Conuenere: super strato discumbitur ostro;*	*Ae. 1.*
Pontifex.	*Ae. 11.*	*Ipse Pater solio medius consedit auito,*	*Ae. 7.*
	Ae. 7.	*Atque has ingressis effudit pectore voces:*	*Ae. 5.*
	Ec. 7.	*Cum primum sacra longæuum in Sede locauit*	*Ae. 2.*

Me

Ec. 2. *Me Pater omnipotens, rerum cui summa potestas* Ae. 10.
Ae. 11. *Hic amor, hoc studium fuit Vrbis sanguine nostro* Ge. 1.
Ae. 11. *Imperia, & latè fines custode tueri;* Ae. 1.
Ae. 5. *Nunc quoque mens eadem perstat mihi. Maximus auo* Ae. 11.
Ae. 6. *Augustus Cæsar, pietate insignis, & armis,* Ae. 6.
Ae. 3. *Imperiumque Orbis, rerumque reliquit habenas.* Ae. 7.
Ae. 1. *Frater in Imperio magno cui deinde subiuit,* Ae. 6.
Ae. 3. *Et Natus, forma insignis, viridique iuuenta,* Ae. 5.
Ae. 5. *In Regnis, terras qui omni ditione tenerent.* Ae. 1.

Narrat Pontifex Carolũ V. Ferdinãdo fratri Imperium, ac Philippo filio Regna renũciasse.

Ae. 10. *Nil super Imperio moueor: de more vetusto* Ae. 11.
Ge. 1. *Iampridem nobis argenti, aurique talenta* Ae. 5.
Ae. 2. *(Haud ignota loquor) concessa regia Cæsar* Ge. 1.
Ae. 6. *Parthenopes, fama insignis, felicibus armis,* Ae. 7.
Ae. 11. *Non dedit. & Natus vrbes, vberrima regna,* Ae. 3.
Ec. 2. *Sic populum late regem, belloque superbum* Ae. 1.
Ae. 1. *Imperio premet, ac victor ditione tenebit?* Ae. 1.
Ae. 11. *Expediam paucis quæ sit sententia menti.* Ae. 11.

Octo millianũmũ quotannis Pontifici pro Regno Neapolitano soluebãtur, quod multos iam annos nõ præstiterat Carolus V.

Ae. 9. *Rex idem & Regnum gentis cunabula nostræ,* Ae. 3.
Ae. 4. *Orbem præclarum, det (non indebita posco)* Ae. 6.
Ae. 8. *Cum sceptro mittat ad me Regnique coronam.* Ae. 8.

Carafarum.n. patria est Neapolis.

Ae. 1. *Res dura est? Regni nouitas me talia cogit* Ae. 9.
Ae. 2. *Moliri. quæ nunc animo sententia constet* Ae. 5.
Ec. 3. *Dicite, quandoquidem coram data copia fandi.* Ae. 1.
Ae. 2. *Primus ibi ante omnes magna de stirpe Parentis* Ae. 3.
Ae. 8. *Stabat, consilijs habitus non futilis autor.* Ae. 11.
Ae. 7. *Huic Dea cæruleis geminos è crinibus angues* Ae. 7.
Ae. 7. *Conijcit, inque sinum præcordia ad intima subdunt.* Ec. 8.
Ae. 7. *Pertentat sensus penitusq; in viscera lapsum* Ae. 7.
Ae. 12. *Serpentum furiale malum, totumque pererrat.* Ae. 7.
Ae. 7. *Necdum animus toto percepit pectore pestem,* Ae. 3.
Ae. 11. *Surgit, & his onerat dictis, ac talia fatur:* Ae. 1.
Ae. 11. *Rem nulli obscuram, qui oculos per singula voluat,* Ae. 8.
Ae. 11. *Consulis, ò bone Rex, nostræ nec vocis egentem.* Ae. 11.
Ae. 7. *Rex genus egregium ferrugine clarus Ibera* Ae. 9.
Ge. 2. *Diues opum variarum est iam terraque marique:* Ae. 10.

Philippus II. Hispaniarum Rex.

Ae. 4. Protinus ad Regem cursus detorquet Iberum — Ae. 11. *quod bellorũ Italię fuit initium.*
Ae. 9. Nuncia fama, aliud qua non velocius vllum, — Ae. 4.
Ae. 3. Facta renarrauit, Diui & præcepta Parentis. — Ae. 6. *Philippum.*
Ae. 4. Attonitus tanto monitu Rex ipse Latini — Ae. 7.
Ec. 7. Pastoris, magno curarum fluctuat æstu. — Ae. 8. *Pontificis.*
Ae. 11. Vt primum placati animi, de gente Latina — Ae. 8.
Ae. 4. Ipse hæc ferre iubet longæuo dicta Parenti: — Ae. 3.
Ec. 2. Ne grauidam bellis vrbem, & corda aspera tentes, — Ae. 10. *Enititur Philippus placare Põtificem, hortaturque ad pacem conseruãdam.*
Ae. 5. Summe Pater; motos præstat componere fluctus — Ae. 1.
Ae. 10. Italiæ, nam te voluit Rex magnus Olympi — Ae. 5.
Ge. 2. Iustitiæ auspicijs exortem ducere honorem. — Ae. 5.
Ae. 12. Desine iam tandem gentes agitare quietas: — Ae. 10.
Ae. 1. Nos tua progenies pacem te poscimus omnes. — Ae. 11.
Ae. 12. Respice res belli varias, iramque, minasque — Ae. 8.
Ae. 3. Palladis armisonæ, & certamina Martis anheli. — Ae. 12.
Ae. 12. Sanguineus Mauors domat, aut quatit oppida bello, — Ae. 9.
Ae. 1. Corpora fundit humi, & vitam dispergit in auras. — Ae. 11.
Ae. 6. Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ — Ge. 4.
Ae. 11. Dirum execrantur bellum; Rex optime regum, — Ae. 11.
Ae. 12. Vlterius ne tende odijs, grauia arma quiescant. — Ae. 10.
Ae. 6. Quod si tantus amor menti, si tanta cupido — Ge. 1.
Ae. 10. Bella sequi, dira bellum cum gente gerendum, — Ae. 3.
Ae. 11. Quærendi nobis nec longe scilicet hostes. — Ae. 11.
Ae. 2. Ergo age, care Pater (pro maiestate tuorum — Ae. 12.
Ae. 12. Pro Latio obtestor) paribus se legibus ambæ — Ae. 12.
Ae. 7. Hesperiæ gentes æterna in fœdera mittant. — Ae. 12.
Ae. 12. Bellandi (si quis precibus locus) exue mentem — Ae. 4.
Ae. 2. Nos contra, in melius tua, qui potes, orsa reflectas. — Ae. 10.
Ae. 9. Multa Patri portanda dedit Rex ipse Latino. — Ae. 12. *Pontifici.*
Ae. 7. Sublimes in equis redeunt missi, atque reportant — Ae. 11.
Ae. 11 Nec magnas valuisse preces, nil dona, nec aurum, — Ae. 11.
Ae. 2. Vt Regem æquæuum Patriæ noua Regna petentem — Ae. 3.
Ae. 6. Lenirent: animum bellumq; inferre paratum. — Ae. 1.
Ae. 2. Exarsere ignes animo, subit ira Philippi — Ge. 1.
Ge. 3. Quæsitos longo muros defendere bello. — Ae. 9.

Fernando Aluarecio Duci Albæ, Neapolitani Regni pro regi, copiarum Philippicarum Præfecto.

Pontifex Torquatū Comitē vt Anagniam, contra Albani exercitum ad diripiendā Vrbem properantem, tueretur mittit.

Ae. 9. Albano tum Rex memorat quæ deinde gerenda. Ae. 6.
Ae. 1. Et iam iussa facit. acies in prælia cogit; Ae. 9.
Ae. 2. Et sedet hoc animo populos Vrbemque Latinam Ae. 6.
Ae. 9. Expugnare, iugo premere, atque auertere prædas. Ae. 10.
Ae. 10. At parte ex alia Rex arua Latinus, & vrbes Ae. 7.
Ge. 1. Romanasque arces armato milite complet. Ae. 2.
Ec. 10. Interea campis exercitus ibat apertis Ae. 9.
Ae. 5. Albani, pulsuque pedum tremit excita tellus; Ae. 12.
Ae. 9. Castra inimica petunt, acuunt rumoribus iras. Ae. 9.
Ge. 2. Iam scissa gaudens vadit Discordia palla, Ae. 8.
Ge. 1. Et cum sanguineo sequitur Bellona flagello: Ae. 8.
Ge. 4. Auditurque tubæ mugire per æthera clangor, Ae. 8.
Ae. 5. Nanque furens animi medio in certamine Mauors Ae. 8.
Ae. 2. Armatus ferro, tristesque ex æthere Diræ Ae. 8.
Ae. 9. Horrendum sonuere, ille asper, & improbus ira Ae. 9.
Ae. 3. Dentibus infrendens spumas agit ore cruentas. Ge. 3.
Ae. 5. Tum Senior cui tanta Deo permissa potestas, Ae. 9.
Ae. 10. Euentus belli varios secum ipse volutat. Ae. 12.
Ae. 2. Atque hic ingentem Comitem ad se in tecta vocauit. Ae. 7.
Ae. 4. Tandem pauca refert: Italum fortissime Ductor, Ae. 8.
Ae. 8. Aspice quæ coëant in me, excidiumque meorum Ae. 8.
Ae. 9. Nigrantes Volucres, alarum verbera nosco. Ae. 12.
Ge. 3. Gens effrana virum campis instructa moratur Ae. 9.
Ae. 12. Excisuram Vrbem minitans; it pectore toto Ae. 1.
Ae. 4. (Quo magis inceptum peragat, populisq; Latinis Ae. 7.
Ae. 5. Acceleret inferre manu lacrymabile bellum) Ae. 7.
Ae. 10. Sternere cæde viros, quos diues Anagnia pascit. Ae. 7.
Ge. 3. Ne facere id possit nostram nunc accipe mentem. Ae. 1.
Ae. 9. Rumpe moras omnes, perge & defendere muros Ae. 12.
Ae. 2. Auxilioque leuare viros, vimque addere genti. Ae. 6.
Ae. 7. Olli responsum paucis ita reddidit Heros: Ae. 6.
Ae. 8. Quicquid in arte mea possum, Rex magne, laborum Ae. 1.
Ae. 4. Perficere est animus, nec me labor iste grauabit. Ae. 2.
Ae. 11. Haud mora in arma viros armis circundatus ipse Ae. 9.
Ae. 9. Suscitat, æratasque acies, vt mœnia seruet. Ae. 11.

Agmen

Ae. 7. *Agmen agens equitum properans aduentat ad vrbem,* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Lustrat equo muros, & quæ fortuna sit vrbi.* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Nec mora continuò murorum attollere moles* *Ae.* 11.
Ae. 3. *Imperat ingentes diuersis partibus vrbis.* *Ae.* 12.
Ae. 3. *Haud minus ac iussi faciunt, quæ maxima turba est;* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Instant ardentes, animis, armisque refecti* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Nequicquam trepidant, non hostem, inimicaque castra.* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Extemplo nigro glomerari puluere nubem* *Ae.* 9.
Ae. 1. *Prospiciens summam, ac tenebras insurgere campis* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Peruigil aduersa conclamat mole Caicus:* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Hostis adest ingens, date tela, scandite muros.* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Continuò clamorque virum, clangorque tubarum* *Ae.* 2.
Ae. 12. *Exoritur, trepido cælum tonat omne tumultu;* *Ae.* 12.
Ae. 4. *Non cœptæ assurgunt turres, non mœnia surgunt.* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Tum Comes armipotens animum, viresque Latinis* *Ae.* 9.
Ae. 3. *Addit, equos, additque duces, terretque trementes* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Vectus equo spumante, horrendumque intonat armis.* *Ae.* 12.
Ae. 2. *Sic animis Iuuenum furor additus; inde repente* *Ge.* 3.
Ae. 11. *Pars aditus vrbis firmant: pars missile ferrum,* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Pars gladios stringunt manibus, pars corpora saltu* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Subijciunt in equos, tota discurritur vrbe.* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Hos inter motus fulgentes ære cateruæ* *Ae.* 8.
Ae. 7. *Albani, nec non medijs in millibus ipse,* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Aduersi campo apparent, vrbique propinquant.* *Ae.* 8.
Ae. 9. *Viginti lectis equitum comitatus Iberus* *Ae.* 7.
Ae. 11. *Armipotens, belli Præses (instructa moratur* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Cetera dum legio campis) ad mœnia torquet* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Ardentes oculorum orbes, sub pectore vertens* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Qua tentet ratione aditus, & pergat in hostem.* *Ae.* 11.
Ae. 2. *Ecce trahebatur donum exitiale Mineruæ,* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Monstrum horrendũ, ingens, memorãda inuẽta magistri* *Ge.* 4.
Ae. 4. *Germani, quo non aliud velocius vllum* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Tormenti genus, & flammis armata Chimæra.* *Ae.* 6.
Ae. 9. *Ille autem super hæc inimico pectore fatur:* *Ae.* 11.
Ae. 9. *Qua rara est acies rumpantur nescia vinci* *Ae.* 12.

Anagnia à Torquato munitur.

Albani Ducis exercitus.

Albanus Dux.

Tormentũ murale, Bombardã vulgus appellat, à Germanis inuẽtũ.

Præcipit Albanus, vt Anagnia Bõbardis verberetur.

Ae. 3. *Mœnia, magnanimos ferro rumpenda per hostes* Ae. 10.
Ae. 10. *Est via, casurasq́; inimicis ignibus arces.* Ae. 8.
Ge. 3. *Continuò ferro, & dextra Sulmone creatus* Ae. 10.
Ae. 1. *Nutrimenta dedit vasta se mole mouenti* Ae. 3.
Ae. 12. *Tormento (talem terris auertite pestem* Ae. 3.
Ge. 1. *Dijq́; deæque omnes) vbi subdita flamma medullis* Ge. 3.
Ae. 7. *Pestiferas aperit fauces in Machina muros,* Ae. 2.
Ae. 12. *Fluctuat ira intus, sonitus procul ære canoro* Ae. 9.
Ae. 12. *Terrificos ciet, & circum loca sulphure fumant:* Ae. 2.
Ae. 9. *Fulminis acta modo totoq́; ardentis ab ore* Ae. 12.

Anagnię muri immaniter cõcutiuntur.

Ae. 9. *Saxea pila cadit (satis est potuisse videri)* Ec. 6.
Ae. 8. *Deijcit in terras muros, & castra tuentes,* Ae. 9.
Ae. 2. *Fundamenta quatit, dat fortia corpora leto.* Ae. 12.
Ae. 12. *Atque ea dum sine more furit, tonitruq́; tremiscũt* Ae. 5.
Ae. 5. *Ardua terrarum, & campi, cælumque profundum,* Ec. 4.
Ae. 4. *Ductoresque alij scalis ascendere muros,* Ae. 9.

Propter pluuias cogitur Albanus re imperfecta exercitum ad oppida Valmontonium, & Montemfortẽ contrahere: quod Torquatus animaduertens cum vrbem defendere nõ posse intelligeret, quam munire non poterat, cognita murorũ ruina decreuit se, milites, ac ciues seruare, sicque per tenebras noctis cum omnibus copijs callidè ex vrbe egreditur.

Ae. 9. *Et fossas implere parant; atque agmina magni* Ae. 12.
Ae. 10. *Occurrunt* Comitis, *& cæco Marte resistunt,* Ae. 2.
Ae. 9. *Ingentesque tenent fossas, ruit æthere toto* Ae. 5.
Ae. 5. *Turbidus imber aqua, atque effusis imbribus atra* Ae. 5.
Ae. 5. *Tempestas sine more furit, micat ignibus æther.* Ae. 1.
Ae. 2. *Extemplo qui imos pulsabant ariete muros,* Ae. 12.
Ae. 12. *Et simul ingenti qui vrbem obsidione premebant* Ae. 8.
Ae. 12. *Discessere omnes, gressumque in castra tulere.* Ae. 11.
Ae. 9. *Hæc super è vallo prospectans maximus armis* Ae. 2.
Ae. 1. *Torquatus, circum & vasta conuulsa ruina* Ae. 3.
Ae. 1. *Mœnia, disiectas moles, auulsaque saxis* Ae. 2.
Ae. 2. *Saxa videns, & quæ iaceant perculsa ruina* Ae. 11.
Ge. 3. *Castella in tumulis, intentis omnibus vnus* Ae. 3.
Ae. 1. *Talia voce refert: O bello lecta Iuuentus,* Ae. 8.
Ge. 3. *Labitur infelix multos seruata per annos* Ae. 2.
Ae. 2. *Vrbs antiqua, ruitque ad terram pondere vasto,* Ae. 5.
Ae. 6. *Vis vt nulla, manusque virum defendere possit:* Ae. 12.
Ge. 2. *Hæc eadem nostris nequicquam cingitur armis,* Ae. 11.
Ae. 10. *Quandoquidem pendent opera interrupta, minæque* Ae. 4.

Murorum

Ae. 4. *Murorum ingentes, molirique aggere tecta,* Ae. 7.
Ae. 1. *Molirique arcem (quæ ritè incœpta paraui)* Ae. 4.
Ae. 4. *Non potui: interea miscentur mœnia luctu,* Ae. 2.
Ge. 4. *Matres, atque viri, puerique parentibus orbi* Ae. 11.
Ae. 11. *Flent mœsti, resonat magnis plangoribus æther.* Ae. 4.
Ae. 2. *Vadimus haud dubiam in mortem, defendere telis* Ae. 2.
Ae. 8. *Hanc vrbem, quando fatis vrgetur acerbis,* Ae. 11.
Ae. 1. *Non datur: ascendit fatalis Machina muros;* Ae. 2.
Ae. 11. *Nec miseram effugiet mortem miserabile vulgus.* Ae. 2.
Ec. 8. *Propterea, quæ dicam animis aduertite vestris.* Ae. 2.
Ec. 3. *Cum nox atra polum bigis subuecta tenebit,* Ae. 5.
Ae. 11. *Arma parate, animos, taciti & decedere terra:* Ae. 4.
Ae. 2. *Nusquam abero: audēdum dextra, nunc ipsa vocat res;* Ae. 9.
Ae. 10. *Sic dabitur seruare domos, seruare nepotes,* Ae. 2.
Ec. 1. *Nos, patriam, miseros in aperta pericula ciues.* Ae. 11.
Ae. 12. *Nec plura effatus: mens omnibus vna sequendi.* Ae. 10.
Ae. 10. *Iamque dies cælo concesserat: optimus armis* Ae. 9.
Ae. 11. *Tum Comes, atque duces, equitumq́, exercitus omnis* Ae. 11.
Ae. 11. *Compositi numero in turmas excedere terra* Ae. 3.
Ec. 9. *Incipiunt, pueri, & pauidæ longo ordine matres* Ae. 2.
Ec. 3. *In medio. superant fossas, noctisque per vmbram* Ae. 9.
Ae. 11. *Tuta petunt; Tybur, vicinaque Tibridis arua.* Ae. 3.

Torquati milites alij Tybur, Romam alij missi sunt.

Ae. 4. *Oceanum interea surgens Aurora relinquit.* Ge. 1.
Ge. 1. *Tum tuba terribilem sonitum procul ære canoro* Ae. 9.
Ae. 12. *Increpat, æratasque acies in prælia cogit* Ae. 9.
Ae. 1. *Albani: densa quæ ad muros mole feruntur.* Ae. 12.
Ae. 6. *Circunstant ferro, portas mirantur apertas.* Ae. 11.
Ae. 9. *Protinus armati portis bipatentibus adsunt,* Ae. 2.

Albani milites vt Anagniæ verberationē recognoscerēt, missi, neminē adesse sentientes, vrbem occupant.

Ae. 2. *Inuadunt vrbem, viduatam ciuibus vrbem:* Ae. 8.
Ae. 4. *Tandem victores præda, spolijsque potiti* Ae. 9.
Ae. 3. *Exultant, fessique & equos, & corpora curant.* Ae. 8.
Ae. 2. *Vrbis vbi captæ casum Pater ipse Latinus* Ae. 7.

Summus Pont.

Ae. 10. *Agnouit longè, furijs accensus, & ira,* Ae. 12.
Ae. 9. *Absistemus, ait, sceleratas sumere pœnas?* Ae. 2.
Ae. 2. *Defessi aspicimus medium in penetralibus hostem?* Ae. 2.

Ae. 3. Et patrio sontes Harpyias pellere nobis Ge. 1.
Ae. 7. Non dabitur Regno? mortem præsensque minatur Ae. 12.
Ae. 10. Hostis amaram? omnes nunquam moriemur inulti, Ae. 2.
Ec. 5. Pastori necnon aurumque, animusq; Latino est. Ae. 12.
Ae. 5. Interea tristi turbati pectora bello Ae. 8.
Ae. 8. Romulidæ, largoque humectant flumine vultum, Ae. 1.

Cardinales.

Ge. 2. Purpurei mussantque Patres: hìc vndique clamor Ae. 11.
Ae. 11. Dissensu vario magnus se ad sidera tollit. Ae. 1.
Ge. 2. Non secus atque alto in luco cum fortè columbæ Ae. 11.
Ae. 1. Conuenere auium; piscosoue amne Padusæ Ae. 11.
Ae. 5. Dant sonitus rauci per stagna loquacia cycni. Ae. 11.

Cardinales quidam Anagnia capta, incursionibusq; Hispanorum consternati, rogant Pontificē vt tot populorum ruinis, & vastitati Imperij Ecclesiastici pacem anteponeret, animumque placaret suum.

Ae. 6. Vt videre Viri cristis capita alta corusci, Ae. 9.
Ae. 2. Pastori magno haud consanguinitate propinqui, Ae. 2.
Ae. 11. Consedisse Vrbem luctu, & commune periclum, Ae. 2.
Ae. 12. Constituunt Vrbi, euerso & succurrere sæclo. Ge. 1.
Ae. 12. Tum sic affantur Regem pro pace Latinum: Ae. 7.
Ae. 10. O Pater, ò hominum curæ, casusque leuamen, Ae. 3.
Ae. 12. Ventum ad supremum est; sanguis nouus imbuit arma, Ae. 7.
Ae. 12. Sanguine terra madet, medijs Mars errat in armis, Ge. 2.
Ae. 2. Apparent diræ facies, belloque frementes, Ae. 4.
Ae. 4. Terribili monitu horrificant in limine Diræ. Ae. 4.
Ae. 2. Hostis habet muros, & magnas territat vrbes, Ae. 4.
Ae. 6. Romanosque tuos cinctus fulgentibus armis Ae. 2
Ae. 12. Territat, inualidas vt aues Iouis ales in æthra, Ae. 12.
Ae. 2. Instantemque viris intentant omnia mortem. Ae. 1.
Ge. 4. En quanta miseris cædes Laurentibus instant, Ae. 8.
Ec. 1. Perduxit miseros en quo discordia ciues; Ec. 1.

Romæ interepi dabatur, ne secunda calamitas Borbonia esset experiūda.

Ae. 2. Stat casus renouare omnes, Vrbisque ruinam Ae. 12.
Ae. 10. Exitium magnum Romanis arcibus olim, Ae. 10.
Ae. 2. Quanquam animus meminisse horret: satis vna superq; Ae. 2.
Ae. 2. Vidimus excidia, & disiectis oppida muris: Ae. 8.
Ae. 12. Sanguine adhuc nostro recalent Tiberina fluenta. Ae. 12.
Ae. 9 At tu, magne Pater, propius res aspice nostras, Ae. 1.
Ae. 4. Sola in te suprema salus, miserere tuorum. Ae. 12.
Ae. 11. Nulla salus bello, pacem te poscimus; hostes Ec. 10.

Ipsi

Ae. 1.	*Ipsi hostes, magnis qui Vrbem terroribus implent,*	*Ae. 11.*
Ae. 1.	*Orant vt positis mitescant sæcula bellis,*	*Ae. 1.*
Ae. 4.	*Testanturque deos iterum se ad prælia cogi,*	*Ae. 12.*
Ec. 8.	*Pastorem magnaque incusant voce Latinum.*	*Ae. 12.*
Ae. 10.	*Si sine pace tua, atque inuito numine Regnum*	*Ae. 2.*
Ae. 4.	*Ignotus peteret; certandum cominus armis:*	*Ae. 12.*
Ae. 7.	*At Rex, cui regnum Italiæ, Romanaque tellus*	*Ae. 4.* Philippus.
Ae. 11.	*Debebunt, conuexa polus dum sidera pascet,*	*Ae. 1.*
Ae. 3.	*Exorat pacem, & componi fœdere bellum:*	*Ae. 12.*
Ae. 11.	*Des Pater, & pacem hanc æterno fœdere iunge;*	*Ae. 8.*
Ae. 9.	*Pœnarum exhaustum satis est, tege pace Latinos.*	*Ae. 7.*
Ae. 6.	*Talibus orabant. dictis concussus amicis*	*Ae. 5.*
Ae. 2.	*Ipse Pater, celerem huc animum, nunc diuidit illuc,*	*Ae. 8.*
Ae. 4.	*In partesque rapit varias, dehinc talia fatur:*	*Ae. 1.*
Ae. 1.	*Claudantur belli portæ compagibus arctis,*	*Ae. 1.*
Ge. 4.	*Omnibus vna quies, coëant in fœdera dextræ,*	*Ae. 11.*
Ge. 3.	*Atque animi: maneat nostros ea cura Nepotes.*	*Ae. 3.*
Ae. 6.	*His dictis curæ emotæ, pulsusque repente*	*Ae. 1.*
Ae. 6.	*Corde dolor tristi, gaudent cunctique Latini.*	*Ae. 11.*
Ae. 11.	*Legati, qui dicta ferant, & fœdera firment,*	*Ae. 11.*
Ae. 11.	*Mittuntur, quorum melior sententia menti.*	*Ae. 2.*
Ae. 8.	*Mittitur & magnus tantas componere lites*	*Ec. 3.*
Ae. 10.	*Torquatus, mollit qui animos, & temperat iras.*	*Ae. 1.*
Ae. 9.	*Tandem Ductores posito certamine Regis,*	*Ae. 8.* Pax Pontificis
Ec. 2.	*Atque oratores primi de gente Latina*	*Ae. 11.* cum Hispanis.
Ae. 8.	*Congressi iungunt dextras, & fœdera iungunt.*	*Ae. 12.*

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

DVM res inter Pontificem, & Hispanum Regem componuntur, ex Violante Farnesia Torquati Comitis coniuge, matronaq; primaria, Poli in vrbe paternæ ditionis, Infans nascitur: qui à Carolo Card. Carafa sacri baptismaris fonte expiatus, Caroli Aui nomen retinet. Liberaliter, & religiosissimè educatur, & instituitur. Dumque in optimarum virtutum curriculo pergit, à Patre, tertium, & quinquagesimum annum agente, destituitur.

LIBER SECVNDVS.

Ae. 7. EST locus Italiæ in Latio, multosque per annos Ae. 1.

Polum Latij ciuitas describitur.

Ae. 6. Circumstant dextra qui Anienem, et roscida riuis Ae. 7.
Ae. 7. Hernica saxa colunt, diues Tyburq; superbum : Ae. 7.
Ae. 7. Quique altum Præneste viri de parte sinistra Ae. 9.
Ae. 1. Incoluere, POLI gaudet cognomine Terra. Ae. 6.
Ae. 8. Hanc multos florentem annos Comitum vna meorum Ae. 11.
Ae. 5. Progenies auctura Italos sua sub iuga mittunt. Ae. 8.
Ae. 1. Torquatus latè iam tum ditione premebat Ae. 7.

Torquatus Comes.

Ae. 10. Hanc terram, & placida populos in pace regebat, Ae. 8.
Ae. 7. Dum medium paci sese fortissimus Heros Ae. 6.
Ae. 1. Obtulit, & puro iunctæ sunt fœdere dextræ Ae. 8.
Ae. 6. Magnanimum Heroum. Hac voluit consistere terra Ae. 1.
Ae. 1. Et Coniux, forma insignis, viridique iuuenta, Ae. 5.

Violantes Farnesia Torquati Comitis coniux.

Ae. 7. Illorum de gente Patrum queis maxima semper Ae. 8.
Ae. 2. Emicuit Parma, qui & grandia Lilia quassant. Ec. 10.
Ge. 1. Quæ grauidam sese Lucinæ experta labores Ge. 4.

Parturiēs Violantes sese D. Dominico cōmendat.

Ae. 2. Vt vidit; Patrem, cui aperitur vertice Sidus, Ae. 8.
Ae. 4. Cuique aras posuit, vigilemque sacrauerat ignem, Ae. 4.
Ae. 4. Dicitur ante aras, media inter limina diuum Ge. 4.
Ae. 9. Vocibus his manibus supplex orasse supinis: Ae. 4.
Ae. 5. Salue sancte Parens, salue pietatis imago, Ae. 6.
Ae. 3. Solamenque mali, curæ, casusque leuamen : Ae. 3.
Ae. 10. O Pater, ò hominum semper miserate labores, Ae. 6.
Ae. 1. Ad te confugio : miseros reuocare parentes Ge. 3.
Ae. 10. Tu potes, atque animas imis excire sepulcris, Ec. 8.
Ae. 2. Auxilioque leuare viros, & tollere in altum Ae. 2.
Ae. 1. Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egentes : Ae. 7.
Ge. 1. Sæpe etiam steriles pressere ad pectora natos Ae. 7.
Ge. 4. Te veniente, nouæ & rediere in pristina vires. Ae. 12.

Adsis

Ae. 4. *Adsis ò placidusque iuues: grauis en tulit aluus* Ae. 6.
Ae. 8. *Coniugis infusum monumentum, & pignus amoris;* Ae. 5.
Ae. 5. *Iamque nouem incipiunt magni procedere menses,* Ec. 4.
Ae. 6. *Rursus & incipiunt corpus sæuique dolores,* Ae. 1.
Ae. 7. *Mollius at solito matrum de more, tumentis* Ae. 2.
Ae. 10. *Vestigare cauas vteri, & tentare latebras.* Ae. 2.
Ae. 6. *Alme, precor, miserere, potes nanque omnia: quando* Ae. 11.
Ae. 9. *Ergo aderit promissa dies, & tempora partus,* Ae. 7.
Ge. 1. *Da facilem cursum, atque optata luce fruatur* Ae. 4.
Ge. 4. *Eductus fetus cari genitoris imago.* Ae. 2.

D. Dominicus Violāti occurrit, eamq. spe futuræ prolis consolatur, Natique honores prædicit.

Ae. 8. *Talibus affata est. facies delapsa Parentis* Ae. 5.
Ae. 5. *Visa dehinc cælo grauidæ, mirabile dictu,* Ge. 3.
Ae. 1. *Oranti subitò tales effundere voces.* Ae. 5.
Ae. 11. *Cara mihi ante alias, genitrix lectissima, matres,* Ae. 9.
Ae. 4. *Audijt omnipotens superi Regnator Olympi* Ae. 2.
Ae. 11. *Vota, precesq; tuas cæli de parte serena.* Ae. 9.
Ae. 2. *Ne dubita, nam vera vides, prolesque virilis* Ae. 7.
Ae. 10. *His dabitur terris, quod tota mente petisti:* Ae. 4.
Ae. 1. *Hic tibi (fabor enim quando est oblata facultas* Ge. 4.
Ec. 1. *De cælo, & voluens fatorum arcana mouebo)* Ae. 1.
Ae. 1. *Nascetur Puer, & laudes, & facta Parentum* Ec. 4.
Ge. 4. *Magnanimum Heroum non inferiora secutus* Ae. 6.
Ae. 4. *Incedet fama multis memoratus in oris.* Ae. 7.
Ae. 7. *Ipse etiam eximiè Tyrio conspectus in ostro* Ge. 3.
Ae. 1. *Iura dabit, legesque viris: Rex ipse Latinus* Ae. 7.
Ge. 2. *Forsitan atque reget patrijs virtutibus orbem.* Ec. 4.
Ec. 4. *Tu modo nascenti Puero ne defice, rebus* Ae. 6.
Ae. 3. *Fata viam inuenient, aderitque vocatus Olympus,* Ge. 3.
Ae. 2. *Nusquam abero. Postquam sic ore effatus amico est* Ae. 3.
Ae. 7. *Hæc Pater, in tenuem ex oculis euanuit auram.* Ae. 4.
Ae. 6. *His dictis curæ emotæ, timor anxius vrgens;* Ae. 9.
Ae. 2. *Atque hoc exultans successu optima Mater* Ae. 10.
Ge. 2. *Aeterno, totum qui viribus occupat Orbem,* Ae. 7.

D. Dominicū.

Ae. 2. *Persoluit grates, & sanctum Sidus adorat* Ae. 2.
Ae. 3. *Hesperium, & supplex aris imponit honorem.* Ae. 1.

Ae. 11. Iamque propinquabat partus, concußa dolore Ae. 12.
Ae. 5. Stat grauis, aſt animo nequicquam exterrita, Mater. Ae. 8.
Ae. 4. Nox erat, & placidum carpebant membra ſoporem, Ae. 8. Natiuitas Caroli Comitis.
Ae. 9. Sed non nox horis orbem medium acta ſubibat. Ae. 3.
Ae. 6. Continuò auditæ voces, optata Parenti Ae. 6.
Ae. 2. Exoritur Soboles, magnum Iouis incrementum. Ec. 4.
Ec. 3. Dum corpus properant fluuiali ſpargere lympha Ae. 4.
Ae. 11. Matronæ Pueri, viſu mirabile, monſtrum Ae. 10.
Ge. 4. Aſpiciunt. Caput ecce Puer detectus honeſtum Ae. 10. Prodigiũ ſignificans futuros Caroli honores.
Ae. 10. Qualis gemma micat; claraque in luce refulſit Ae. 1.
Ae. 1. Os, humeroſque Deo ſimilis: longèque refulgens Ae. 8.
Ae. 10. Inſula, picta croco, & fulgenti murice Veſtis, Ae. 9.
Ae. 1. Præterea Sceptrum in medio, ſacræque Coronæ, Ae. 5.
Ae. 5. Ardentes dare viſa faces & cærula nubes. Ae. 8.
Ae. 9. Obſtupuere animis, omneſque eadem ore fremebant, Ae. 11.
Ec. 2. Atque fore illuſtrem fama, factiſque canebant Ae. 7.
Ae. 11. Infantem, matura virum ſi fecerit ætas. Ec. 4.
Ae. 3. Iamque dies, alterque dies proceſſerat ortus Ge. 4.
Ae. 5. Nati, qui tanti talem genuere Parentes Ae. 1. Baptiſmus Caroli.
Ae. 1. Inſtant ardentes Fluuio merſare ſalubri. Ge. 1.
Ae. 4. Principio delubra adeunt: fremituque ſequuntur Ae. 9.
Ge. 4. Matres, atque viri magno turbante tumultu Ae. 6.
Ae. 2. Vndique viſendi ſtudio: tunc Carus & Oſtro Ae. 11. Carolus Carafa Cardinalis.
Ae. 11. Inſignis longa Veſte, atque inſignibus albis Ae. 10.
Ae. 2. Nato ante ora patrum perfuſo Flumine ſacro Ge. 2.
Ae. 7. Antiquam exemit Labem, purumq; reliquit. Ae. 6. Originale peccatum.
Ge. 2. Vixque pedum primis Infans veſtigia plantis, Ae. 11. Auus n Caroli infantis Carolus dicebatur.
Ae. 5. Nomen Aui referens, cui bello viuida virtus, Ae. 5.
Ae. 11. Inſtiterat, diuum effigies, & templa tueri Ae. 7. Pueritia Caroli.
Ae. 4. Incœpit. teneris immulgens vbera labris Ae. 11.
Ae. 3. Cælicolum Regis longumque bibebat amorem. Ae. 1.
Ae. 8. Forte die Nato ſollemni regia Nutrix Ae. 5. Crucifixũ ſibi à nutrice dono datum pie exoſculatur Caro. adhuc infantulus.
Ae. 1. Munera, lætitiamque Dei, Chriſtique decoram Ae. 9.
Ec. 9. Effigiem, chlamydemque auro dedit intertextam. Ae. 8.
Ae. 6. Ille autem paulùm aſpectu conterritus hæſit Ae. 3.

Ora

Ae. 6. *Ora, manusque ambas, populataque tempora cernens* Ae. 6.
Ae. 3. *Sacrati capitis, traiectaque pectora ferro.* Ae. 1.
Ae. 6. *Nec vidisse semel satis est venerabile donum:* Ae. 6.
Ae. 10. *Et dedit amplexus, atque oscula dulcia fixit,* Ae. 1.
Ae. 6. *Effusæque genis lacrymæ, mirabile dictu.* Ge. 2.
Ae. 7. *Multaque præterea diuini signa decoris* Ae. 5.
Ae. 8. *Edidit, arrectæ mentes, stupefactaque corda.* Ae. 5.

Adolescentia Caroli.

Ae. 9. *Ora Puer prima signans intonsa iuuenta* Ge. 3.
Ge. 4. *Ingentes animos angusto in pectore versat.* Ae. 4.
Ge. 2. *Nulla Venus, nullique animum flexere Hymenæi,* Ae. 7.
Ae. 12. *Imo in corde pudor, & nescia fallere vita.* Ge. 2.
Ae. 6. *Principiò cælum manet alta mente repostum.* Ae. 1.
Ge. 3. *Luciferi primo cum omnes populosque patresque* Ae. 9.
Ae. 8. *Mollibus è stratis opera ad lux suscitat alma,* Ae. 8.

Quod vocant exercitiũ quotidianum.

Ae. 4. *Corripit è somno corpus, tenditque supinas* Ae. 3.
Ae. 3. *Ad cælum cum voce manus: hominumque deumq;* Ae. 1.
Ae. 12. *Auctoris magni primum prece numen adorat:* Ae. 3.
Ae. 6. *Prosequitur dictis grates persoluere dignas* Ae. 1.
Ae. 7. *Quandoquidem placida laxauit membra quiete;* Ae. 5.
Ae. 7. *Imploratque deos omnes supera alta tenentes;* Ae. 6.
Ae. 9. *Inque salutatam non te, Regina, relinquit* Ae. 11.
Ae. 2. *Sacra, suosque tibi commendat, Diua, parentes* Ae. 8.

Quotidie B. Virginis horas diurnas persoluit, sacrumque piè audit Carolus.

Ae. 11. *Virgo. His exactis, perfecto munere diuis,* Ae. 6.
Ae. 1. *Virginis os, habitumq; gerens, horisque diurnis* Ge. 3.
Ae. 6. *Magnæ Reginæ, cæli cui sidera parent,* Ae. 10.
Ge. 3. *Ad delubra iuuat incensa altaria circum* Ae. 8.
Ae. 5. *Auxilioque vocare Deum, veniamque precari.* Ae. 3.
Ae. 8. *Dona laborata Cereris, cælestia dona* Ge. 4.
Ge. 2. *Sacra, deumque dapes, & sanctæ pocula mensæ* Ae. 11.
Ge. 4. *Inter sacra Dei presso ter gutture voces,* Ge. 1.
Ge. 1. *Aut quater ingeminans, multo compellat honore.* Ae. 3.
Ge. 3. *Post hinc digressus laudum perculsus amore* Ae. 9.

Disciplinarum amor in Carolo.

Ae. 6. *Noctes, atque dies diuinæ Palladis arti* Ae. 2.
Ge. 4. *Incumbit: veterumque videns monumenta virorum* Ae. 8.
Ae. 11. *Ipse sibi quacunque viam virtute petiuit.* Ae. 11.

Largus

Ae. 11.	*Largus opum, & lingua melior ſupereminet omnes*	Ae. 1.	Humaniores literæ.
Ae. 8.	*Ipſe oratores, pauidi ceſſere magiſtri*	Ae. 12.	
Ae. 11.	*Mœnibus in patrijs tali ſe opponere monſtro.*	Ae. 12.	
Ae. 6.	*Naturæ cauſas penitus tentare latentes,*	Ae. 3.	Philoſophia.
Ae. 2.	*Prodere res alta terra, & caligine merſas*	Ae. 6.	
Ae. 1.	*Agnoſcit; cælique vias, & ſidera monſtrat,*	Ge. 2.	
Ge. 2.	*Defectus ſolis varios, geminoſque Triones,*	Ae. 3.	
Ae. 1.	*Arcturum, pluuiaſque Hyadas, Lunæque labores;*	Ge. 2.	
Ge. 3.	*Porta tonet cœli, & qua vi maria alta tumeſcant*	Ge. 2.	
Ge. 2.	*Obicibus ruptis, rurſusque in ſeipſa reſidant:*	Ae. 6.	
Ge. 2.	*Vnde tremor terris: crebris micet ignibus æther:*	Ae. 1.	
Ae. 4.	*Cur tantum Oceano properent ſe tingere ſoles,*	Ge. 2.	
Ge. 2.	*Rura gelu cum claudit hyems, atque aſperat vndas*	Ae. 3.	
Ge. 1.	*Frigoribus, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.*	Ae. 1.	
Ae. 9.	*Macte noua virtute Puer, tibi pulcher Apollo*	Ae. 3.	Poëſis.
Ae. 12.	*Ipſe ſuas artes præſtanti munere donat:*	Ae. 5.	
Ae. 10.	*Nam te Parnaſſi deſerta per ardua dulcis*	Ge. 3.	
Ge. 3.	*Raptat amor, vocat ingenti clamore Cithæron.*	Ge. 3.	
Ae. 11.	*Nunc & te, & tua, magne Puer, iam pectore toto*	Ae. 9.	
Ae. 9.	*Impatiens operum, paruoque aſſueta Iuuentus*	Ge. 2.	
Ae. 2.	*Aſpiciat, primis & te miretur ab annis.*	Ae. 8.	
Ge. 3.	*Heu male apud memores veteris ſtat gratia facti!*	Ae. 4.	
Ae. 10.	*Quandoquidem pueri, & primæuo flore Iuuentus,*	Ae. 7.	Vanos Iuuentutis mores deſcribit Autor.
Ae. 8.	*(Haud incerta cano) nunc virginitatis amorem*	Ae. 11.	
Ae. 11.	*Reijciunt. læti inter ſe conuiuia curant*	Ge. 1.	
Ec. 5.	*Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis in vmbris:*	Ae. 1.	
Ae. 7.	*Teutonico ritu vertunt crateras ahenos,*	Ae. 9.	
Ae. 9.	*Indulgent vino, dapibusque epulantur opimis.*	Ae. 3.	
Ae. 6.	*Inde vbi exempta fames epulis, menſæque remotæ,*	Ae. 1.	
Ec. 3.	*Et pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.*	Ae. 6.	
Ae. 5.	*Frenatis lucent in equis, oſtroque decoris;*	Ae. 12.	
Ae. 8.	*Virgatis lucent ſagulis, capita alta coruſci;*	Ae. 9.	
Ae. 7.	*Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,*	Ge. 1.	
Ae. 5.	*Frontis olorinæ ſurgunt de vertice pennæ:*	Ae. 10.	
Ae. 1.	*Purpureoque alte ſuras euincta cothurno*	Ec. 7.	

Per

Ae. 7. *Per medias vrbes agitur spectata Iuuentus.* Ae. 8.
Ae. 9. *Venatum ire parant vbi primos crastinus ortus* Ae. 4.
Ae. 4. Extulerit Titan; *siluas, saltusque peragrant,* Ge. 4.
Ae. 7. *Insidijs, cursu, saltusque indagine cingunt.* Ae. 4.
Ae. 1. *Pars laqueis captare feras, & fallere visco* Ge. 1.
Ae. 7. *Assuetas ripis volucres, lucoque volantes* Ae. 7.
Ge. 3. *Impendunt curas, & retia ponere ceruis,* Ge. 1.
Ge. 1. Auritosque *sequi lepores, & figere onagros.* Ge. 3.
Ae. 1. *Parte alia pelagoque alius trahit humida lina,* Ge. 1.
Ge. 1. Atque *alius latum funda iam verberat æquor.* Ge. 2.
Ae. 6. *Quid memorem insidias, & crimina noxia cordi* Ae. 7.
Ae. 8. *Hic Iuuenum, auspicium infaustum, moresque sinistros?* Ae. 11.
Ae. 11. *Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque minentur.* Ae. 3.
Ae. 12. *Si quando grauis ære domum mihi dextra redibit* Ec. 1.
Ae. 1. *Illi se prædæ accingunt, & viuere rapto:* Ae. 7.
Ae. 12. *Discurrunt alij ad portas, & tecta domorum,* Ae. 2.
Ae. 2. *Fit via vi, rumpunt aditus, manibusque cruentis* Ae. 2.
Ae. 4. Conuectāt *ignotum argenti pondus, & auri.* Ae. 1.
Ae. 6. *Hic thalamum inuasit confecti ætate parentis,* Ae. 4.
Ge. 1. *Infandum, atque virum demittit corpora morti.* Ae. 10.
Ae. 12. *Illi nec veriti dominorum fallere dextras:* Ae. 6.
Ae. 2. *Hic ferrum, strictamque aciem venientibus offert,* Ae. 6.
Ae. 9. *Sæuit in absentes, & cælum territat armis,* Ae. 11.
Ae. 11. *Ense pedes nudo, parmaque inglorius alba:* Ae. 9.
Ae. 5. *Ille velut serpens sinuosa volumina versat,* Ae. 11.
Ae. 11. *Arrectisque horret squamis; & spargere voces* Ae. 2.
Ae. 2. *In vulgum ambiguas, armare in prælia fratres,* Ae. 7.
Ae. 7. Atque *odijs versare domos magno incipit ore:* Ae. 12.
Ec. 7. *Hic agitur furijs, totoque ardentis ab ore* Ae. 12.
Ae. 12. *Scintillæ obsistunt, vltro implacabilis ardet:* Ae. 12.
Ae. 7. *Ille velut pleno lupus insidiatur ouili:* Ae. 9.
Ge. 2. *Hic petit excidijs vrbem, miserosque penates:* Ge. 4.
Ae. 2. *Ille dolos, dirumque nefas in pectore versat:* Ae. 4.
Ae. 6. *Hic laxat curas, & corda oblita laborum:* Ae. 9.
Ge. 2. *Condit opes alius, atque auri cæcus amore* Ae. 1.

Attollitque

Ae. 12. *Attollitque animos, defossoque incubat auro :* Ge. 2.
Ae. 6. *Turbidus hic cœno, & caligine voluitur atra :* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Ille Dei, vt pelagi rupes immota resistit* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Vocibus, vt rupes magno veniente fragore,* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Cælestum ignarus rerum, ingratusque salutis :* *Ae.* 10.
Ge. 3. *Hi noctem ludo ducunt, vinoque sepulti* *Ae.* 9.
Ec. 5. *Atque deos, atque astra vocant crudelia : falsum* Ge. 1.
Ae. 3. *Per superos, cæli & lumen, per sidera iurant :* *Ae.* 6.
Ae. 5. *Prò scelus! ecce etiam cæloq; Ereboque potentis* *Ae.* 6.
Ae. 2. *Aedibus in medijs figunt in virgine vultus.* *Ae.* 12.
Ge. 2. *Quid maiora sequar sæui monumenta doloris?* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Heu pietas, heu prisca fides, inuictaque! nunc nunc* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Sunt alij, qui tecti armis, animisq; refecti,* *Ae.* 12.
Ge. 3. *Seu errore viæ, seu tempestatibus acti,* *Ae.* 7.
Ec. 9. *Heu cadit in quenquam tantum scelus? ore cruento* *Ae.* 10.
Ae. 2. *Virgineos ausi Diuæ contingere honores,* Ec. 4. Blasphemi in B. Virginem.
Ae. 1. *Cui Pater intacta Rex ætheris altus honorem* *Ae.* 12.
Ge. 2. *Ingentem cælo pro virginitate sacrauit.* *Ae.* 12.
Ae. 11. *Expediam paucis; Iuuenes ante ora parentum* Ge. 4.
Ae. 3. *Fas omne abrumpunt, crimenque, caputque malorum,* *Ae.* 12.
Ae. 8. *Et scelerum curas non ipsa in morte relinquunt.* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Quid memorem infandos, inconcessosque hymenæos?* *Ae.* 1. Iuuenum libido.
Ec. 1. *O Iuuenes, magnum queis versat in ossibus ignem* Ge. 3.
Ec. 8. *Improbus ille Puer Veneris iustissima cura,* *Ae.* 10.
Ae. 6. *Quò fessum rapitis? non æquo fœdere amantes,* *Ae.* 4.
Ae. 10. *Omnibus est notumque furens quid femina possit.* *Ae.* 5.
Ae. 1. *Gens inimica mihi procul, ò procul este profani,* *Ae.* 6.
Ae. 12. *Haud placitura cano; si quis tamen hæc quoque si quis* Ec. 6.
Ec. 6. *Captus amore leget, ingens ni lumen ademptum,* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Ex ijs non dubijs poterit cognoscere signis* Ge. 4.
Ae. 2. *Attrectare nefas Veneris monumenta nefanda.* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Femina, quæ ventis, volucrique simillima somno* *Ae.* 6. Meretrix.
Ae. 4. *Mobilitate viget, pesti deuota futuræ,* *Ae.* 1.
Ec. 1. *Ipsa domo mærens vacua, stratisque relictis,* *Ae.* 4.
Ae. 1. *Matris Acidaliæ tristi cum corde volutat* *Ae.* 6.

Ae. 7. *Mille nocendi artes queis fallere possit amantem.* *Ae.* 4.
Ec. 5. *Puniceam picto chlamydem circundata limbo,* *Ae.* 4.
Ae. 12. *Fragrantes persusa genas, fucata, colore* Ge. 4.
Ae. 4. *Tandem progreditur, comptis de more capillis.* *Ae.* 10.
Ae. 7. *Attonitis inhians animis prospectat euntem* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Egregium forma Iuuenem: non immemor artis* Ge. 4.
Ge. 3. *Dulcibus illa quidem illecebris, muliebribus armis* *Ae.* 11.
Ge. 1. *Et tentat sensus, atque ossibus implicat ignem.* *Ae.* 7.
Ae. 8. *Tum lecto Iuuenis clypeo, & cælestibus armis* *Ae.* 12.
Ec. 3. *Qui Venerem, & cæci stimulos auertere amoris* Ge. 3.
Ae. 12. *Debebat, cæli positis inglorius armis* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Dat sese, & densos fertur moriturus in hostes,* *Ae.* 2.
Ge. 3. *Stare loco nescit, subita spe feruidus ardet,* *Ae.* 12.
Ae. 2. *Ausus quin etiam collo dare brachia circum,* *Ae.* 6.
Ae. 11. *Primitiæ Iuuenis miseræ, tractimque susurrant.* Ge. 4.
Ae. 7. *Hos super adueniens longa cum veste sacerdos* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Corripit: hique dato vertunt vestigia tergo,* *Ae.* 10.
Ae. 7. *Ardua tecta petunt, stabuli & formosa Iuuenca* Ge. 3.

Sic vocantur fœminæ meritoriæ.

Ae. 8. *Infernas reserat sedes, regna inuia viuis:* *Ae.* 6.
Ae. 1. *Quos specus horrendum, & saui spiracula Ditis* *Ae.* 7.
Ae. 8. *Coniunxere, sopor fessos complectitur artus.* *Ae.* 2.
Ae. 9. *Ille autem tali fugientem est voce secutus:* *Ae.* 1.

Idest Sacerdos.

Ae. 10. *Quo moriture ruis? en hæc promissa fides est,* *Ae.* 6.
Ae. 4. *Non seruata fides, tua te cum flumine sancto* *Ae.* 8.

Baptismate.

Ae. 7. *Perfudit casta, puraque in veste Sacerdos?* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Infelix quæ tanta animum dementia cepit?* *Ae.* 5.
Ae. 10. *Pallida Tisiphone Stygijs emissa tenebris* Ge. 3.
Ae. 6. *Sæuior intus habet sedem, durissima regna,* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Pallentesque habitant morbi, tristisque ruina* *Ae.* 1.
Ge. 4. *Hic subitò est ægris, alius color; horrida vultum* Ge. 4.
Ge. 4. *Deformat macies, durus dolor ossibus ardet,* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Prospectum eripiens oculis, miserabile visu.* *Ae.* 1.
Ae. 4. *Extinctus pudor est? flammis armata Chimæra* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Fallit te incautum, nimium ne crede colori,* Ec. 2.
Ae. 3. *Visceribus miserorum, & sanguine vescitur, atque* *Ae.* 1.

Munera

Ae. 11. *Munera portantes nunc hos, nunc accipit illos.*	*Ae.* 6.	
Ec. 1. *Hic via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas,*	*Ae.* 6.	
Ae. 3. *Heu fuge crudeles terras, fuge littus Auerni.*	*Ae.* 4.	
Ge. 1. *Scilicet & tempus veniet cum crimina discet*	*Ae.* 6.	
Ge. 2. *Qui terras, tractusque maris, cælumque profundum*	Ec. 4.	
Ae. 1. *Aeternis regit imperijs: te triste manebit*	*Ae.* 7.	
Ae. 10. *Exitium, votisque Deum venerabere seris.*	*Ae.* 7.	
Ae. 2. *Talia vociferans gemitum dat pectore ab imo,*	*Ae.* 1.	
Ae. 11. *Flet mæstusque Pater. Stabuli at de culmine summo*	*Ae.* 7.	
Ae. 1. *Infelix puer est hominis tandem ore locutus:*	Ge. 4.	
Ge. 3. *Et quis te iuuenum confidentissime nostras*	Ge. 4.	
Ge. 4. *Iussit adire domos, hæc limina tendere adegit?*	*Ae.* 6.	
Ae. 3. *Cessa meque tuis incendere; teque querelis,*	*Ae.* 4.	
Ae. 1. *Virginis atque hinc te Reginæ ad limina perfer;*	*Ae.* 1.	
Ae. 7. *Cura tibi diuum effigies custode tueri,*	*Ae.* 1.	
Ec. 2. *Me tamen vrit amor, quis eo me soluat amantem?*	*Ae.* 4.	
Ec. 9. *Omnia fert ætas, fugit irreparabile tempus,*	Ge. 3.	
Ge. 3. *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.*	Ec. 10.	
Ae. 11. *Hic amor, hoc studium, hic labor est, ea cura quietos*	*Ae.* 4.	
Ae. 12. *Sollicitat, prensat Iuuenes, fortissima corda,*	*Ae.* 2.	
Ae. 6. *Cælorum immemores, turpiq; cupidine captos.*	*Ae.* 4.	
Ge. 2. *Aureus hanc vitam in terris cælestibus auris*	Ae. 1.	
Ae. 7. *Odit at ipse Puer, magnam cui mentem, animumque*	*Ae.* 6.	Carolus Comes.
Ae. 6. *Dat Pater omnipotens: moliri laude laborem*	*Ae.* 4.	
Ae. 2. *Prosequitur, veterum non immemor ille parentum*	*Ae.* 5.	
Ae. 9. *Ante annos animumque gerens, curamque virorum,*	*Ae.* 12.	
Ec. 1. *Non torpere graui passus sua regna veterno.*	Ge. 1.	
Ge. 3. *Ergo omni cura virtutem extendere factis*	Ae. 6.	
Ae. 2. *Dum sequitur, victorque virum volitare per ora,*	Ge. 3.	
Ae. 3. *Heu Genitorem animis ingentem corpore, & armis*	*Ae.* 11.	Torquatum.
Ae. 9. *Perdidit, hunc ipsum vitæ mortalis honorem.*	Ge. 4.	
Ae. 6. *Iam Pius, haud vlli veterum virtute secundus,*	Ae. 11.	Pius V. Pontif. Max.
Ae. 2. *Regnatorem Asiæ, Lunatis agmina peltis*	*Ae.* 11.	
Ae. 1. *Fortia nauali facto certamine victor*	Ae. 5.	
Ae. 12. *Strauerat, ad metasque dati peruenerat æui:*	*Ae.* 10.	

Torquatus.

Ae.11. *Tum Comes insignis fama, & felicibus armis,* Ae. 7.
Ae. 7. *Aduenisse diem, superum quo ad lumen iturus,* Ae. 6.
Ae.10. *Agnouit longè, finemque imponere curis.* Ae. 4.
Ae. 8. *Stabat pro templo, diuum numerabat amores,* Ge. 4.
Ae. 3. *Optabatque locum regno omnipotentis Olympi;* Ae.12.
Ec. 7. *Cum gelidus toto manauit corpore sudor,* Ae. 3.
Ae. 1. *Extemplo atque artus depascitur arida febris.* Ge. 3.
Ae. 1. *Illum suscipiunt famuli, collapsaque membra* Ae. 4.
Ae. 4. *Marmoreo referunt thalamo, stratisque reclinant.* Ae.12.
Ae.11. *Imperio accitus alta intra tecta domorum* Ae. 2.

Medicus apud Virgilium.

Ae.10. *Aduolat ante alios Phœbo dilectus Iapis:* Ae.12.
Ec. 3. *Ipse manu medica, Phœbique potentibus herbis* Ae.12.
Ae. 6. *Sæpius accurrens cœpit crudescere morbus.* Ge. 3.
Ae.10. *Nil validæ iuuere manus, vsusque medendi,* Ae.12.
Ae. 9. *Nec iam sufficiunt artes, cessere magistri.* Ge. 3.

Sanctiss. Christi D. N. Corpus.

Ae. 8. *Iamque sacerdotes corpus mirabile Nati* Ec. 5.
Ae.11. *More tulere Patris, torquet qui sidera mundi.* Ae. 9.
Ae. 5. *Ille autem, quanquam in media iam morte tenetur,* Ae. 2.
Ae. 7. *Exiguam Cererem multo gemitu, lacrymisque* Ae.10.

Torquati oratio ad Dei filiũ sub hostiæ speciebus latẽtem.

Ae.12. *Suppliciter venerans demisso lumine fatur:* Ae. 1.
Ae. 1. *Nate Patris summi, qui tot labentibus annis* Ae. 2.
Ec. 1. *De cælo generis lapsi sarcire ruinas* Ge. 4.
Ae. 6. *Venisti, tandemque indigna morte peremptus:* Ae. 6.
Ae. 6. *Funeris heu tibi causa fui, noctesque diesque* Ae. 6.
Ae.10. *Morte tua viuens maculaui crimine nomen.* Ae.10.
Ae. 4. *Extremam hanc oro veniam, miserere precantis* Ae.10.
Ae. 8. *Auxilium, aduentumque, Dei certissima Proles,* Ae. 6.
Ae. 2. *Venit summa dies, & ineluctabilis hora:* Ec. 3.
Ae. 6. *Hortator scelerum Stygiis sese extulit vndis,* Ae. 3.
Ae.11. *Nec cessat turbare animum, sensumq; labantem.* Ae. 4.
Ae. 10. *Te precor hanc animam serues, mea maxima cura,* Ae. 1.
Ae. 6. *Da dextram misero, & tecum me tolle per auras.* Ae. 2.

Christi corpore refectus Torquatus, extrema vnctione munitur.

Ae. 11. *Hæc vbi defleuit Corpus mirabile Christi* Ae. 6.
Ae. 5. *Libauitque dapes, monumentum, & pignus amoris.* Ae. 5.
Ae. 6. *His actis propere fuso crateres oliuo* Ae. 6.

Membra

Ae. 10. *Membra, manusq; ambas, corpus frigentis & vngunt* Ae. 6.
Ae. 8. *Sacrato. tenebris nigrescunt omnia circum* Ae. 11.
Ae. 9. *Tum Comiti, placida qui ibi demum morte quieuit.* Ae. 9.
Ae. 1. *Extemplo concussi animi, mæstusq; per omnes* Ae. 9.
Ae. 9. *It gemitus, resonant late plangoribus ædes.* Ae. 12.
Ge. 1. *Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem,* Ae. 12.
Ae. 11. *Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & ora.* Ge. 4.
Ae. 3. *Sol ruit interea: crepitantiaque æra secuti* Ge. 4.
Ae. 6. *Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ,* Ae. 2.
Ae. 8. *Inde alij proceres vt tristia funera ducant* Ge. 4.
Ae. 1. *Conueniunt: pars ingenti subiere pheretro,* Ae. 6.
Ge. 4. *Magnanimique Ducis tollunt miserabile corpus;* Ae. 11.
Ge. 4. *Exportant tectis alij thoracas ahenos,* Ae. 7.
Ae. 11. *Hinc alij spolia occisis direpta tyrannis,* Ge. 4.
Ae. 6. *Pars horum clypeos, & non felicia tela.* Ae. 11.
Ae. 8. *Relligione sacri dextra, læuaque frequentes* Ae. 6.
Ae. 11. *Funereas rapuere faces de more vetusto,* Ae. 11.
Ae. 2. *Sacra canunt, mæstam incendunt clamoribus vrbem.* Ae. 7.
Ae. 6. *Inde vbi venere ad solido de marmore templa* Ae. 6.
Ae. 4. *Lamentis, gemitu media testudine templi* Ae. 1.
Ae. 12. *Armaq; deposuere humeris, & molle pheretrum.* Ae. 11.
Ae. 1. *Cum subito assurgens alta intra templa sacerdos* Ae. 6.
Ae. 1. *Talia voce refert intentis omnibus vnus:* Ae. 3.
Ae. 4. *Tandem post varios hominumque, orbisque labores* Ae. 2.
Ae. 11. *Præsidium Ausoniæ superis concessit ab oris.* Ae. 2.
Ae. 10. *O dolor, atque decus magnum rediture Latinis!* Ae. 7.
Ae. 6. *Hic rem Romanam pietate insignis, & armis,* Ae. 6.
Ae. 7. *Tutari Italiam, detrudere finibus hostes,* Ge. 3.
Ae. 6. *Parcere subiectis, & debellare superbum,* Ae. 10.
Ae. 9. *Assuetus longè, pacique imponere morem.* Ae. 6.
Ae. 9. *Insuper ipse sua molitus laude laborem* Ae. 4.
Ae. 2. *Dum stabat regno populos in pace regebat,* Ae. 8.
Ae. 1. *Iura dabat, legesque viris; iustissimus vnus* Ae. 2.
Ae. 1. *Partibus æquabat iustis sua præmia laudi.* Ae. 1.
Ec. 3. *Hic & consilijs habitus non futilis autor.* Ae. 11.

Moritur Torquatus.

Iusta funebria

Torquati.

Oratio habita in honorē Torquati Comitis.

Ae. 6. *Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis* *Ae.* 5.
Ae. 11. *O decus Italiæ, & sacris in postibus arma,* *Ae.* 7.
Ae. 2. *Plurima rapta manu diuerso ex hoste trophæa,* *Ge.* 3.
Ae. 7. *Europæ, atque Asiæ pugnataque in ordine bella?* *Ae.* 8.
Ge. 1. *Ingenium, non lingua valet, non corpore nota* *Ae.* 12.
Ae. 12. *Sufficiunt vires, Italum fortissime Ductor.* *Ae.* 8.
Ae. 6. *Sublimes animæ, totum vulgata per orbem* *Ae.* 1.
Ae. 10. *Facta Viri, iam quæ passus terraq́; mariq́ue.* *Ae.* 10.
Ec. 4. *Quæ qui scire velit, Lybici velit æquoris idem* *Ge.* 2.
Ge. 2. *Discere quàm multæ Zephiro attollantur arenæ.* *Ae.* 9.
Ae. 5. *Ergo agite & cuncti meritos indicite honores* *Ae.* 3.

Torquato. *Ae.* 6. *Magnanimo Heroi, quem non virtutis egentem* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Abstulit atra dies, & funere mersit amaro:* *Ec.* 6.
Ae. 8. *Vnà omnes Iuuenum primi & decorate supremis* *Ae.* 11.
Ge. 2. *Muneribus tumulum, & tumulo superaddite carmen:* *Ec.* 5.

Epitaphium Torquati Comitis.

Ae. 1. ILLE ego, qui quondã cinctus fulgentibus armis, *Ae.* 11.
Ae. 6. Noctes atque dies laudum perculsus amore, *Ae.* 9.
Ae. 10. Tela inter media, atque horrẽtes Marte tumultus *Ge.* 1.
Ae. 4. Vixi. qui stellis numeros, & nomina fecit *Ge.* 1.
Ae. 1. Per varios casus superas euadere ad auras *Ae.* 6.
Ae. 11. Me dedit, æternumq́ue tenet per sæcula nomen. *Ae.* 6.

Ae. 2. *Hæc vbi dicta dedit: socijs sacraque caterua* *Ae.* 11.
Ec. 5. *Formosi pecoris Custos, templique Sacerdos* *Ae.* 7.
Ae. 3. *Exorat pacem, flamma crepitante cremauit* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Thurea dona Viro, dixitque nouissima verba,* *Ae.* 4.

Lustrali aqua. *Ae.* 6. *Spargens rore leui: gemituq́ue hæc addidit alto:* *Ae.* 11.
Ae. 3. *Vade, ait, ò felix Ductor fortissime bello,* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Aeternumq́ue vale, ac tua molliter ossa quiescant.* *Ec.* 10.

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM.

TORQVATO mortuo, Carolus filius Perusiæ primum, mox Patauij Iuris vtr. candidatus, XIIX. ætatis anno Doctoratus laurea exornatur. Romam ab Alexandro Card. Farnesio litterarũ Mæcenate accitus, inter alios familiares doctrina insigniores recensetur: vtriusque Signaturæ Referendarius declaratur. Pontificij Patrimonij Prolegatus constituitur. A Camertium præfectura ad Anconitanæ Ecclesiæ Episcopatum XXIX. ætatis annum agens euehitur. Perusiam, Vmbriam, Picenum administrat. Rerum difficillimarum, & præsertim Ferrariæ recuperandæ causa, ad Imperatorem, atque ad Italiæ, & Germaniæ Principes Nuncius extraordinarius mittitur. Ad Auenionenses, & Comitatum Venaisinũ Apost. sedis Prolegatus missus; tandem à Clemente VIII. S.R.E. Cardinalis, anno MDCIV. ætatis suæ XLVIII. renũciatur.

Violantes Torquati vxor Carolum filium ad vtriusque Iuris studia hortatur.

Ae. 6. SIC fatur lacrymans. Corpusque exangue sepulcro — Ae. 2.
Ae. 12. Componunt, decorantque super fulgentibus armis. — Ae. 6.
Ae. 1. Casu deinde Viri tanti concussa Virago — Ae. 12.
Ae. 10. Insignis longe, premit altum corde dolorem, — Ae. 1.
Ae. 3. Multa mouens animo. exequijs at ritè solutis, — Ae. 7.
Ge. 3. Mœrentem Natum dictis affatur amicis. — Ae. 10.
Ge. 4. Nate, licet tristes animis auertere curas, — Ae. 4.
Ae. 10. Omnibus est vita breue, & irreparabile tempus, — Ae. 10.
Ae. 10. Stat sua cuique dies, sed famam extendere factis — Ae. 10.
Ae. 10. Hoc virtutis opus: confectum ætate parentem, — Ae. 4.
Ae. 5. Tum genus omne tuum genus alto à sanguine diuum, — Ae. 5.
Ae. 4. Ductoresque alios euexit ad æthera virtus: — Ae. 6.
Ge. 2. Sed quia te accendit tantarum gloria rerum, — Ae. 4.
Ae. 6. Hoc vnum repetens iterumque iterumque monebo. — Ae. 3.
Ae. 2. Procede ad sedes, summasque ad Palladis arces — Ae. 11.
Ae. 9. Fertilis Ausoniæ, iuuet indulgere labori — Ae. 2.
Ge. 3. Dum faciles animi, laudumque immensa cupido, — Ae. 6.
Ec. 1. Et fontes sacros, veterum penetralia Legum — Ae. 12.
Ae. 8. Lætus adi, summoque hauri de gurgite lymphas. — Ae. 9.
Ae. 9. Filius huic contra solatus vocibus infit: — Ae. 5.
Ge. 1. Hoc equidem ducebam animo, rebarque futurum — Ae. 6.
Ec. 3. Nec quenquam fugiet duræ inclementia mortis: — Ge. 3.
Ae. 9. O genitrix, superanda omnis fortuna ferendo est, — Ae. 5.
Ae. 5. Quicquid erit; quo fata trahunt, retrahuntque sequamur. — Ae. 5.
Ae. 9. Quod superest, latè mihi iussa capessere fas est: — Ae. 1.
Ae. 5. Nunc mihi mens eadem perstat noua quærere tecta, — Ae. 7.
Ae. 1. Tendere & Italiæ Pallas quas condidit arces, — Ec. 2.
Ae. 1. Hic vbi digna manet diuini gloria Iuris. — Ge. 1.
Ae. 5. Vix hæc ediderat, Matris præcepta facessit. — Ge. 4.

Ae. 7.	*Hesperia in magna est operum haud ignara Mineruæ*	Ae. 5.	Perusia Etruriæ vrbs à Iano condita à C. Vibio Achæorū duce instaurata. à Pelasgis aucta in qua Totilæ temporibus S. Herculanus eiusdem vrbis Episcopus martyrio est coronatus. Carolus.
Ae. 1.	*Vrbs, bello præclara, iugisque insedit Etruscis.*	Ae. 8.	
Ae. 8.	*Hanc Ianus pater; hanc magnorum Ductor Achæum*	Ae. 11.	
Ae. 7.	*Vibius, insignem posuere in montibus vrbem;*	Ae. 8.	
Ge. 2.	*Hanc olim veteres reges coluere Pelasgi:*	Ae. 1.	
Ae. 9.	*Hac annis grauis, atque animi maturus in vrbe,*	Ae. 2.	
Ec. 5.	*Formosi pecoris Custos, fortissimus Heros*	Ae. 6.	
Ae. 8.	*Herculeus multo vitam cum sanguine fudit.*	Ae. 2.	
Ae. 8.	*Hanc multos florentem annos defertur ad vrbem*	Ae. 10.	
Ae. 9.	*Ipse Comes; veterum voluens monumenta virorum*	Ae. 3.	
Ae. 2.	*Primus ibi ante omnes magnus se attollit in auras.*	Ae. 4.	
Ge. 3.	*Post hinc digressus properans aduentat ad vrbem,*	Ae. 11.	Patauiū, qua in vrbe etiam Iuris vtr. studijs operā nauat Carolus.
Ae. 1.	*Vrbem quam statuit medijs elapsus Achiuis,*	Ae. 1.	
Ae. 7.	*Sanguine Troianus tot iam labentibus annis*	Ae. 2.	
Ae. 1.	*Antenor, genti nomen dedit, armaque fixit*	Ae. 1.	
Ae. 2.	*Troia, relliquias Danaum, atque immittis Achilli,*	Ae. 1.	
Ge. 4.	*In qua nunc placida compostus pace quiescit.*	Ae. 1.	
Ge. 3.	*Ergo omni studio sanctos recludere fontes,*	Ge. 2.	Ad Decretales Epist. (Greg. IX. ex Comitum familia, iussu à D. Rai. compilatas) præcipuā operam suam confert Carolus.
Ae. 6.	*Quin & Aui Comitis, & sancta oracula diuum*	Ae. 8.	
Ae. 1.	*Fortia facta patrum, memoranda inuenta magistri*	Ge. 4.	
Ae. 9.	*Prosequitur, magno iuuat indulgere labori.*	Ae. 6.	
Ge. 1.	*Et studij Custos, illum admirantur & omnes*	Ge. 4.	
Ae. 9.	*Rectores: nequeunt expleri corda tuendo*	Ae. 8.	
Ge. 4.	*Mores, & studia, atque animum, mentemque benignam.*	Ae. 1.	
Ge. 4.	*Verum vbi Doctores florentem nobilis oci*	Ge. 4.	
Ae. 10.	*Experti, & Iuuenis possit quid viuida virtus,*	Ae. 11.	Caroli.
Ae. 3.	*Omnibus idem animus viridanti tempora lauro*	Ae. 5.	
Ae. 12.	*Egregij Iuuenis nil magnæ laudis egentis*	Ae. 5.	
Ge. 4.	*Ornare, extremo qui iam sub fine laborum.*	Ge. 4.	
Ae. 5.	*Tum Iuuenem præter solitum dulcedine læti*	Ge. 1.	
Ae. 6.	*Intra tecta vocant regali splendida luxu.*	Ae. 1.	
Ae. 7.	*Atque hæc ingresso magna comitante caterua*	Ae. 2.	Præfecti studiorum verba ad Carolum.
Ae. 9.	*Tandem Doctorum placido prior edidit ore:*	Ae. 7.	
Ae. 12.	*O præstans animi Iuuenis, quem plurima virtus*	Ae. 11.	
Ae. 3.	*Attollit famæ meritò pars maxima nostræ,*	Ge. 2.	

Ec. 10. *Tu procul à patria haud expers virtutis auitæ* Ae. 10.
Ae. 6. *Noctes, atque dies duros perferre labores* Ae. 12.
Ec. 6. Cœpisti, *eximiæ laudis succensus amore.* Ae. 7.
Ae. 11. *Ordine cuncta suo sacrata resoluere Iura* Ae. 2.
Ae. 9. *Luce palam certum est, cuncti & te scire fatentur* Ae. 12.
Ae. 3. *Quæcunque in folijs descripsit maximus Heros,* Ae. 6.
Ae. 6. *Lustrauit Radijs totum qui ingentibus Orbem.* Ec. 3.
Ec. 5. *Quæ tibi, quæ tali reddam pro præmia laude* Ae. 1.
Ae. 4. *Ignoro: at meriti tanti non immemor vnquam,* Ae. 9.
Ae. 9. *Quando aliud nequeo, patrio te limine sistam* Ae. 2.
Ae. 12. *Doctorum palla signis, auroq; rigente* Ae. 1.
Ae. 10. *Indutum, & sacra redimitum tempora lauro.* Ae. 3.
Ae. 12. *Ille autem haud equidem tali me dignor honore,* Ae. 1.
Ae. 8. *Flos veterum, virtusque virum, super æthera notus:* Ae. 1.
Ae. 2. *Sed si tantus amor frondenti tempora ramo* Ae. 7.
Ae. 8. *Cingere, & angustis hunc addere rebus honorem,* Ge. 3.
Ae. 2. *Cedo equidem, patiar quemuis durare laborem* Ae. 8.
Ae. 1. *Quæ me cunque vocant terræ. Sic fatus, at ille* Ge. 4.
Ae. 5. *Tum plausu, fremituque virum Iuuenemque magistrũ* Ge. 3.
Ae. 5. *Declarat, viridique aduelat tempora serto.* Ae. 4.
Ae. 6. *His actis, clamorq; virum, clangorq; tubarum* Ae. 2.
Ae. 3. Auditus, *mistoque ingens exorta tumultu* Ae. 3.
Ae. 1. *Lætitia: exultans cælum tonat omne fragore.* Ae. 9.
Ae. 8. *Vna omnes iuuenum primi, studijsque fauentes* Ae. 5.
Ge. 1. *Certatim rumpunt has imo pectore voces:* Ae. 11.
Ae. 11. *O decus Italiæ, magnam cui mentem, animumque* Ae. 6.
Ae. 1. *Dat Pater omnipotens, rerum cui summa potestas,* Ae. 10.
Ae. 3. *Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Patris* Ae. 11.
Ae. 1. *Progeniem, nomenque tuum, laudesque manebunt.* Ec. 5.
Ae. 10. *Ausoniæ extemplo magnas it fama per vrbes,* Ae. 4.
Ae. 2. *Atque hæc ingentem* Comitum *de gente vetusta* Ae. 9.
Ae. 5. *CARO flauentem prima lanugine malas,* Ae. 10.
Ae. 8. *Lætitia, ludis, plausu, fremituque creatum* Ae. 10.
Ae. 2. *Doctorem, passimque virum diffundit in ora.* Ae. 4.
Ec. 3. *Audijt hæc magnorũ haud vnquam indignus Auorũ* Ae. 12.

Decretales Epistolas à D. Raimundo compilatas.

Doctoratus laurea exornatur Carolus, XIIX ætatis suę anno.

Comitum familiam.

Carolum.

Nobilis,

Ae. 7. *Nobilis, & fama multum memoratus Alexis* *Ec.* 2.
Ae. 7. *Tirrhenum ad Tibrim lyrio conſpectus noſtro.* *Ge.* 3.
Ae. 9. *Ille quidem cupiens magna de ſtirpe Nepotum* *Ae.* 6.
Ae. 12. *Hunc Iuuenem ſocium ſummis adiungere rebus,* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Continuò folijsque notas, & nomina mandat,* *Ae.* 3.
Ae. 11. *Nunciat & Iuueni quæ ſit ſententia menti.* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Haud mora feſtinat Laurentem attingere Tibrim.* *Ae.* 5.
Ae. 6. *Sed dum conſilijs habitus non futilis auctor* *Ae.* 11.
Ae. 8. *Præſtantes virtute viros ſupereminet omnes,* *Ae.* 6.

Ab Alex Cardin. Farneſio Romã in ſuam aulã vocatur, & recipitur Carolus.

Ae. 3. *Illi Rex Tiberim, & Romana palatia ſeruans,* *Ge.* 1.
Ae. 5 *(Cui genus, & quondam nomen dedit, armaque fixit* *Ae.* 1.
Ge. 4. *Squamoſus ſerpens, ſinuoſa volumina verſans)* *Ae.* 11.
Ge. 1. *Nec fruſtra, Signi geminum proponit honorem.* *Ae.* 5.
Ae. 9. *Nec longum in medio tempus formoſus Alexis* *Ec.* 7.

A Greg XIII. cuius Inſigne eſt Draco, Referendarius vtriuſque Signaturæ efficitur Carolus.

Ae. 6. *Regis Romani Caſtris ingreſſus Hetruſcis* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Nuncius, ingentem Iuuenem fulgentibus armis* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Adiungit Socium non inferiora ſecutum.* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Redditus his primum terris cæleſtibus auris* *Ae.* 1.

Ab Alex. Farneſio perpetuo Patrimonij Legato, Prolegatus conſtituitur Carolus.

Ae. 3. *Omnia colluſtrans molitur laude laborem,* *Ae.* 4.
Ae. 10. *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit in omnes,* *Ae.* 5.

Caroli in regimine virtus.

Ae. 6. *Caſtigatque auditque dolos. Poſt quatuor annos* *Ge.* 3.
Ae. 1. *Conſilia in melius referens Rex ipſe Latinus* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Rectorem Iuuenem rerum dedit eſſe Camertis.* *Ae.* 12.

Idem Greg. XIII. Carolũ Camertum gubernationi præponit.

Ae. 3. *Maximus inde Pater, qui vertice Montis ab Alto* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Miſſus in Imperium magnum, cui ſidera parent* *Ae.* 10.
Ae. 6. *Tartareus Phlegethon, rerum & pulcherrima Roma,* *Ge.* 2.
Ge. 4. *Proſpiciens ſummas iuuenili in corpore vires,* *Ae.* 5.
Ae. 6. *Egregium Iuuenem magna inter præmia duxit.* *Ae.* 12.

Sixtus V. Carolum XXIX ætatis annũ vix agentem Anconitanæ Eccleſiæ præficit

Ae. 2. *Eſt vrbs Heſperiæ, Graij cognomine dicunt* *Ae.* 3.
Ae. 6. *ANCON, fundarunt primas qui in littore ſedes,* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Poſt hos inſignes gentes venere Sicanæ.* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Vrbs antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.* *Ae.* 3.

Ancon vrbs à Græcis Doricis primũ extructa, à Siculis deinde aucta.

Ae. 1. *Hic Portum pulcra Traianus origine Cæſar* *Ae.* 1.
Ae. 11. *Rettulit in melius, atque alti Fornice ſaxi* *Ae.* 10.
Ae. 1. *Ornauit, multaque inſignem reddidit arte.* *Ae.* 5.

Vulgò, Arco di Traiano.

Huic

Carolum.

Ae.12. Huic Comitem rerum Dominus, gentisque togatæ Ae. 1.

Sixtus V.

Ae. 3. Ipse Pater, cui tanta Deo permissa potestas, Ae. 9.
Ae. 3. Pastorem; Regemque dedit, qui fœdere certo Ae. 1.
Ge. 1. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas; Ae. 1.
Ec. 6. Pascere oues, atque alta greges ad stagna iuberet, Ge. 3.
Ec. 3. Qui populum antiqua sub relligione tueri Ae. 2.
Ae. 9. Auderet, rebus veniens non asper egenis. Ae. 8.
Ae. 7. Diditur hoc subito, volitans & fama per vrbem Ae. 7.
Ae. 3. Ancon multiplices populos sermone repleuit, Ae. 7.

Carolum.

Ae. 7. Aduentare Virum cæli de parte serena, Ae. 9.
Ae.12. Qui pecori imperitet, tenera & depascat in herba. Ge. 1.
Ae. 5. Gaudia pertentant mentem plebisque patrumque, Ge. 2.
Ae. 5. Intenti expectant animo, manibusque Parentem. Ae.12.

Vulgò, Porta capo di mõte. Carolus Episcopus.

Ae.11. Iamque propinquabat Portæ, quæ in vertice Montis, Ae.11.
Ae. 9. Ipse Comes, magna medius comitante caterua, Ae. 5.
Ae.10. Infula cui niuea redimibat tempora vitta. Ge. 3.
Ge. 1. Tum tuba terribilem sonitum procul ære canoro Ae. 9.
Ae. 9. Increpuit, sequitur clamorque, & Machina belli Ae. 2.
Ae. 1. Ipsa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem Ae. 8.
Ge. 3. Aëra per vacuum sonitus imitatur Olympi; Ae. 6.
Ae.10. Et tremefacta solo tellus, saltusque profundi Ge. 2.
Ae. 9. Dant sonitum, & vocem late nemora alta remittunt. Ae.12.

Carolo Episcopo Anconam ingredienti magno plausu obuiam procedit populus.

Ae.11. Postquam introgressus, primæuo flore Iuuentus, Ae. 7.
Ge. 4. Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ Ae. 2.
Ge. 3. Pastorem longe lato clamore salutant: Ae. 3.
Ge. 2. Salue, magne Parens, claro demissus Olympo Ae. 4.
Ae. 6. Vnus qui nobis, sublime ad sidera cæli Ae. 1.
Ge. 1. Ignaros doceas iter, vt sacra ostia pandas; Ae. 6.
Ge. 1. Ingredere, haud vlli veterum virtute secundus, Ae.11.
Ge. 3. Ac nos, & tua dexter adi pede, Diue, secundo. Ae. 8.
Ae. 9. Te superesse velit meritis pro talibus annos Ae. 1.
Ae. 1. Phoenicis magnus superi Regnator Olympi. Ae. 2.
Ae.10. At parte ex alia sublatus ad æthera clamor: Ae. 2.
Ae. 1. O fortunati, quorum iam mœnia magnus Ae. 3.
Ec. 8. Pastor, cui virtus animusque in pectore præsens, Ae. 5.

Ingredi-

Ae. 4. *Ingrediturque solum ! redeunt Saturnia regna.* Ec. 4.
Ec. 8. *Nunc & oues vltrò fugiet lupus; aurea quercus* Ec. 1.
Ec. 8. *Mala ferent duræ ; sudabunt roscida mella* Ec. 4.
Ec. 7. *Fraxinus in siluis, abies in montibus altis;* Ec. 7.
Ge. 2. *Sponte sua late flauescet campus arista;* Ec. 4.
Ec. 1. *Dumosisque rubens pendebit sentibus vua ;* Ec. 4.
Ge. 2. *Squameus & serpens , & fallax herba veneni* Ec. 4.
Ec. 4. *Occidet, Aßyrium feret & rubus asper amomum;* Ec. 3.
Ec. 2. *Montibus, & siluis iactati ad pocula damæ* Ec. 8.
Ec. 8. *Cum canibus timidi venient, Iouis omnia plena .* Ec. 3.
Ae. 9. At tu, magne Pater , diuum de sanguine cretus Ae. 2.
Ge. 1. *Adsis, flecte acies geminas , hanc aspice gentem* Ae. 6.
Ae. 12. *Quæ nunc te accipiunt venientem, atque agmine facto* Ge. 4.
Ae. 2. *Sacra canunt, gaudentque manu contingere vestes .* Ae. 3.
Ge. 2. *Nec minus interea misto premit agmine turba ,* Ae. 11.
Ae. 2. *Circumfusa ruit ; voces ad sidera iactant ,* Ec. 5.
Ae. 7. *Nomen in astra ferunt, animum venientis, amorem ,* Ae. 6.
Ae. 10. *Facta canunt, pulsæ referunt ad sidera valles .* Ec. 6.
Ae. 5. *Talibus auspicijs omnis populusque , patresque* Ae. 9.
Ae. 9. Accepit *venientem, ac sacra in* Sede *locauit .* Ae. 2. Episcopali.
Ge. 3. *Ergo omni cura folijs ornatus oliuæ* Ge. 3.
Ec. 5. *Formosi pecoris Custos iustissimus vnus* Ae. 7. Caroli Episcopi cura pastoralis.
Ge. 4. *Per populos dat iura , Dei præcepta secutus:* Ge. 4.
Ae. 7. *Cælestum reserat sedes, & regna recludit,* Ae. 8.
Ge. 3. *Et docet humanis quæ sit fiducia rebus.* Ae. 10.
Ae. 5. *Hic proprijs (curæ est illi mortalis egestas* Ge. 3.
Ge. 2. *Præcipuè) fessos opibus solatur amicis ,* Ae. 5.
Ae. 10. *Vltrò animos tollit dictis, & pectore firmo.* Ae. 6.
Ae. 5. *Cunctis exhaustos iam casibus, omnium egenos* Ae. 1.
Ae. 1. *Vrbe, domo sociat , mœrentia pectora mulcet.* Ae. 1.
Ae. 3. *Hostiles mollitque animos & temperat iras .* Ae. 1.
Ge. 4. *Scit medicas adhibere manus ad vulnera Pastor ,* Ge. 3.
Ec. 9. *Nec lupus insidias explorat ouiliæ circum,* Ge. 3.
Ge. 3. *Nec gregibus nocturnus obambulat; arte magistra* Ae. 12.
Ge. 4. *Ignauum fucos pecus à præsepibus arcet .* Ge. 4.

Non

Ec. 4. *Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt.* Ge. 2.
Ec. 2. *Sole sub ardenti, gelidique sub ætheris axe,* Ae. 8.
Ae.12. *Præcipitansque moras omnes adit oppida Pastor,* Ge. 3.
Ec. 5. *Et genus indocile, ac dispersum montibus altis* Ae. 8.
Ae. 6. *Informat, cæliqùe vias, & sidera monstrat.* Ge. 2.
Ge. 2. *Quid maiora sequar? tu seruantissimus æqui,* Ae. 2.
Ae.12. *In te oculos referunt, miserantem incommoda nostra,* Ae. 8.
Ae. 7. *Et trepidæ matres, puerique parentibus orbi.* Ae.11.
Ae. 12. *Tu requies miseris, es tu spes vna senectæ,* Ae.12.
Ae. 2. *Afflicta in te omnis domus inclinata recumbit.* Ae.12.
Ae. 3. *O felix vna ante alias! ò terque beata* Ae. 1.
Ancona. Ae. 1. *Vrbs antiqua! quibus cælo te laudibus æquem?* Ae.11.
Ge. 2. *Non, mihi si linguæ centum: celebrabit honores* Ae.12.
Ae.12. *Nec gens vlla tuos æquè, nec magnus Apollo.* Ec. 3.
Ae. 6. *Te quoque magna manent; tua terris didita fama,* Ae. 8.
Ae. 2. *O lux magnanimæ, spes ò fidissima Gentis* Ae. 10.
Idest sub Sixto V. Ae. 4. *Nec non & Comitum. fuit ingens Monte sub Alto* Ae.11.
Ec. 5. *Semper honos, nomenque tuum: nomenque, decusque* Ae. 2.
Ge. 4. *Admiranda tibi atque illo sub Rege fuere,* Ae. 8.
Ge. 1. *Qui Tuscum ad Tiberim ferrugineos Hyacinthos* Ge. 4.
Ae. 1. *Aeterni Regis summa dominarier arce* Ae. 7.
Ae. 4. *Decreuit, Radijsque ardentem lucis, & auro.* Ae. 7.
Ae. 9. *Rex idem varijs Florenti limine sertis* Ae. 4.
Ae. 8. *Velauitque comam, atque opera ad maiora remisit* Ae.12.
Ae. 6. *Magnanimum Heroëm expertem haud virtutis auitæ.* Ae.10.
Ae.10. *Gens illi, triplex populus committitur; auris,* Ae.11.
Ae. 5. *Ipse Gubernator, fidusq; ad limina Custos,* Ae. 9.
Ge. 1. *Dulcibus, insomnis seruat noctesque diesque.* Ae. 6.
Ae. 6. *Nec vim tela ferunt, tuta latet arce viator,* Ae.10.
Ge. 3. *Nocturnum furem Stygias detrusit ad vndas.* Ae. 7.
Ae. 8. *Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrat.* Ge. 2.
Ge. 1. *Tum variæ venere artes: tremefacta refugit* Ae.12.
Ge. 3. *Inuidia, & malesuada fames, & turpis egestas.* Ae. 6.
Ae.11 *Atque hic Legatus (quoniam spoliata Magistro est* Ae. 5.
Ge. 2. *Ferrea progenies) sub tanta pericula missus* Ae. 9.

Idest sub Clemente VIII. Pont. qui S.S. Hyacinthū, & Raimundū in Sanctorum numerū retulit. Clemēs VIII. genere Florentinus Carolū Comitem Perusij, Vmbriæ, & Picœni gubernatorem constituit.

Ab eodem Clemente ad Imperatorē, Rēp.

Insuetum

Ae. 6. *Insuetum per iter Augusti ad mœnia Regis,* Ae. 7.
Ae. 3. *Imperiumque Vrbis, vastum quæ prodit in æquor,* Ae. 10.
Ae. 3. *Adque Duces, torta redimitum tempora Quercu,* Ge. 1.
Ge. 3. *Et quos submittit toto Germania cælo:* Ge. 1.
Ae. 6. *Itque reditque viam toties; industria firmat* Ge. 3.
Ae. 4. *Multa Viri, virtus, animusque in pectore vasto,* Ae. 5.
Ae. 10. *Quod votis optauit habet Rex ipse Latinus.* Ae. 11.
Ae. 6. *His demum exactis perfecto munere, Galli* Ec. 10.
Ae. 7. *Nuntius ingentis Comitatus lectus, & vrbis,* Ae. 9.
Ae. 1. *Quæ regio Regi multos seruata per annos* Ae. 2.
Ae. 8. *Romuleo totum qui viribus occupat orbem.* Ae. 7.
Ae. 6. *Inde datum molitur iter: de more vetusto* Ae. 11.
Ec. 2. *Assiduè paribus curis vestigia figit.* Ae. 6.
Ae. 6. *Huius in aduentu, quo non præstantior alter* Ae. 6.
Ae. 2. *Visus, ventosi ceciderunt murmuris auræ;* Ec. 9.
Ge. 1. *Liber, & alma Ceres socia simul vrbe fruuntur;* Ae. 3.
Ec. 6. *Candida non magnos metuunt armenta leones.* Ec. 4.
Ae. 2. *Raptores atra in nebula, quos improba ventris* Ae. 3.
Ae. 2. *Exegit cæcos rabies dant terga per agros.* Ae. 12.
Ae. 1. *Haud aliter timidæ damæ, ceruique fugaces* Ge. 3.
Ae. 4. *Transmittunt cursu campos si forte morantes* Ge. 4.
Ae. 9. *Prospiciunt fuluum descendere monte leonem.* Ae. 4.
Ec. 5. *Nec lupus insidias pecori, nec ferrea iura* Ge. 2.
Ec. 5. *Vlla dolum meditantur: amas bonus omnia Pastor,* Ae. 7.
Ge. 3. *Curæ iustitia est, & mens tibi conscia recti.* Ae. 1.
Ge. 4. *Te veniente fuga glomerant, montesque relinquunt* Ae. 4.
Ae. 6. *Gorgones, Harpyiæ, & variarum monstra ferarum* Ae. 6.
Ae. 6. *Terribiles visu formæ: Gallumque rebellem* Ae. 6.
Ae. 1. *Imperio premis, ac vinclis, & carcere frenas.* Ge. 1.
Ae. 11. *O fortunatæ gentes, vberrima regna!* Ae. 3.
Ae. 3. *Vobis ætherio venit Saturnus Olympo,* Ae. 8.
Ae. 8. *Desuper Alcides, Ianiq; bifrontis imago.* Ae. 7.
Ae. 6. *Tandem post varios hominumq; Orbisque labores* Ae. 2.
Ae. 10. *Ipse caput populis, Thusco de sanguine Clemens* Ae. 11.
Ae. 5. *Donat habere Viro fuluos de pelle Galeros,* Ae. 7.

Venetam, Vrbini Ducē, ad aliosque Germaniæ Duces pro maximis rebus, præcipuè pro recuperanda Ferraria, Nūtius extraordinarius mittitur Carolus.

Ad Auenionēses, & Comitatum Venaissinum ab eodē Pontifice Prolegatus Apostolicæ Sedis transmittitur Carolus.

Caroli præclara acta apud Auenionēses.

Ab eodē Clemēte Carolus S.R.E. Cardi. creatur.

Purpu-

Ae. 6. *Purpureasque super Vestes, ostroque superbas.* *Ae.* 1.
Ge. 3. *Ecce autem Hesperidum Fluuius regnator aquarum* *Ae.* 8.
Ae. 1. *Romuleus Tibris, cælo gratissimus amnis,* *Ae.* 8.
Ae. 10. *Populeas inter frondes, lucosque sonantes,* Ec. 10.
Ae. 8. *Consurgit Senior, velatus arundine glauca,* *Ae.* 10.

Tibridis vaticinium de Carolo Card. Comite.

Ae. 2. *Tum sic affari: Lætas aduertite mentes,* *Ae.* 5.
Ae. 3. *Audite ò proceres, atque hæc mea figite dicta,* *Ae.* 10.
Ae. 5. *Ore fauete omnes, pertentent gaudia pectus.* *Ae.* 1.
Ae. 5. *Expectata dies longo post tempore venit,* Ec. 1.
Ae. 8. *Quam memori ducebam animo, rebarque futuram.* *Ae.* 6.
Ae. 2. *Vnus Natorum fama super æthera notus,* *Ae.* 1.
Ae. 10. *Totus collucet Veste Ostro, auroque rigente.* *Ae.* 11.
Ae. 10. *Ingentes is tollet* Auos, *nec Romula quondam* *Ae.* 6.
Ae. 6. *Vllo se tantum tellus iactabit* Alumno. *Ae.* 11.
Ae. 6. *Quin &* Auis *Comitem sese voluentibus annis* *Ae.* 1.
Ae. 8. *In summo Custos Tarpeiæ arcisque Sacerdos,* *Ae.* 2.
Ae. 4. *Dijs equidem auspicibus, cunctis ex more vocatis,* *Ae.* 5.
Ae. 7. *Adiunget; moresque viris: quo sospite nunquam* *Ae.* 8.
Ec. 2. *Pandentur belli portæ: furor impius intus* *Ae.* 1.
Ge. 3. *Dira sedens super arma, & centum vinctus ahenis* *Ae.* 1.
Ae. 2. A *tergo nodis, fremet horridus ore cruento.* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Vnà Eurusque Notusque ruant, velut agmine facto,* *Ae.* 1.
Ge. 2. *Ac fœdam glomerent tempestatem imbribus atris,* Ge. 1.

Ecclesia, quę & Nauis Petri dicitur.

Ge. 2. *Fluctibus vt fremitu tremat ictibus ærea Puppis:* *Ae.* 5.
Ge. 2. *Hanc coniurati cælum rescindere fratres* Ge. 1.

Hæretici falsi fratres.

Ae. 6. *Contendant fluctu, vastoque immergere ponto;* *Ae.* 3.

Carolus.

Ae. 10. *Ipse sedens, clauumque regens à peste Carinam* *Ae.* 5.
Ae. 11. *Seruabit Senior tantis surgentibus vndis.* *Ae.* 6.

Turcarum Tyrannus.

Ec. 8. *Ductor ab Auroræ populis, & littore rubro* *Ae.* 8.
Ae. 8. Aegyptum, *viresque Orientis, Bactraque &* Indos Ge. 2.
Ae. 1. *Classe vehat secum, & pelago decurrat aperto,* *Ae.* 5.
Ae. 12. *Deiecturum arces Italum summasque minetur,* *Ae.* 12.
Ae. 8. *Ne belli terrere minis, Oenotria tellus,* *Ae.* 7.
Ae. 11. *Vulneribus pulsum aspicies, & rupta Tyranni* Ge. 4.
Ge. 4. *Fœdera, ages currum cæsis insignis Achiuis.* *Ae.* 6.

Cara

Ae.11.	*Cara mihi ante alias vastis Mauortia campis*	Ae. 3.	
Ae. 1.	*Terra antiqua, potens, multos dominata per annos,*	Ae. 2.	
Ae. 6.	*Hic Vir, hic est tibi quem promitti sæpius aure*	Ae. 9.	
Ae.11.	*Audisti magna, diuum genus : aurea condet*	Ae. 6.	
Ec. 3.	*Tempora qui rursus Latio, regnata per arua*	Ae. 6.	
Ae. 6.	*Saturno quondam: super extremos Garamantes*	Ec. 8.	
Ae. 6.	*Proferet imperium, quo non præstantius vllum.*	Ae. 12.	
Ae. 8.	*Quare agite, ò Iuuenes, euincti tempora ramis,*	Ae. 8.	
Ec. 5.	*Spargite humum folijs, Zephyrique tepentibus auris*	Ge. 2.	
Ec. 7.	*Nymphæ noster amor, præstanti corpore Nymphæ,*	Ae. 1.	
Ae. 8.	*Cingite fronde comas; solemnes ducere pompas*	Ge. 3.	
Ge. 3.	*Ad delubra iuuat, iuuat indulgere choræis.*	Ae. 9.	
Ae. 9.	*At tu, oro, quo non superat mihi carior alter,*	Ae.12.	Carolum Cardin. intelligit.
Ae. 1.	*Maxime Natorum, magnam Mauortis ad Vrbem*	Ae 6.	
Ge. 4.	*Accede, & qua te ducit via dirige gressum.*	Ae. 1.	
Ae. 9.	*Rumpe moras, omnes curas, te maximus Orbis*	Ge. 1.	Clemens Pōt.
Ge. 1.	*Ipse Pater, multum terris iactatus, & alto,*	Ae. 1.	
Ge. 2.	*Expectat magna Iuuenum stipante caterua*	Ae. 1.	
Ge. 3.	*Ad* Flamentalem *Romano nomine Portam.*	Ae. 8.	Quæ antiquitus porta Flumentana, nūc Populi Porta nuncupatur.
Ge. 4.	*Dixit, & inde lacu* Fluuius *se condidit alto*	Ae. 8.	
Ae. 8.	*Tibris, & ingenti sonuerunt omnia plausu.*	Ae. 5.	
Ae. 2.	*Tempus erat, quo extremo irrorat* Aquarius *anno,*	Ge. 3.	
Ge. 2.	*Rura gelu cum claudit hyems ignaua colono,*	Ge. 1.	
Ec. 1.	*Et nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt :*	Ge. 1.	
Ae. 7.	Cum *prouectus equo* Tiberini *ad fluminis vndam*	Ae.10.	
Ae. 7.	*Nuntius ingentem læto clamore reportat*	Ge. 3.	
Ae. 7.	*Aduentare Virum fulgentem, Ostroque decorum.*	Ae. 5.	Carolū Card.
Ae. 2.	*Iamque dies aderat (clara qua in luce refulsit*	Ae. 1.	Dies Purificationis Deiparę Virginis.
Ae. 1.	*Regina ad Templum, forma pulcherrima, cæli,*	Ge. 4.	
Ae. 8.	*Solis inardescens radijs: seque obtulit vltrò,*	Ae. 8.	
Ae. 8.	*Dona ferens, Natum &, conceptum Flamine Mater*	Ae. 5.	
Ae. 5.	*Quem genuit, veterum quæ nulla lege tenetur;*	Ae.12.	
Ae. 5.	*Longæuoque Seni, longos promiserat annos*	Ae.10.	
Ae.10.	*Cui Rex æthereus, Regem, regumq; parentem)*	Ae. 6.	
Ec. 1.	*Protinus incedunt iunctæ longo ordine gentes,*	Ae. 8.	Moris.n est vt quo primum

P *Nescio*

tēpore nouus Cardinalis ad Vrbem aduenter ad eum excipiendum ceteri purpurati Patres ad Populi, quam vocāt Portam prodeant.

Ge. 1. *Nescio qua prater solitum dulcedine lata,* Ge. 4.
Ae. 3. *Delectam Populi ad Portam; Iuuenesque senesque* Ae. 9.
Ae. 9. *Purpurei lucent in equis, quos omnis euntes* Ae. 5.
Ae. 7. *Turbaque miratur matrum, plebisque, patrumque.* Ge. 2.
Ae. 6. *Inde vbi venere ad sedes, Templumque vetustum,* Ae. 2.
Ae. 11. *Quod Populi magnum Regina nomen obumbrat,* Ae. 11.
Ae. 10. *Occurrunt Comiti, dextra, lauaque frequentes* Ae. 6.
Ae. 5. *Excipiunt plausu, dant dextra iungere dextram:* Ae. 1.
Ae. 8. *Hinc ad Tarpaiam sedem, & Capitolia pergunt.* Ae. 6.
Ae. 8. *Vt ventum ad Regis sedes, & tecta Latini,* Ae. 7.

Carolus Card. Pontificem.

Ae. 12. *Ingens ad terram duplicato poplite Cardo* Ge. 1.
Ge. 1. *Terrarum hac Orbis affatus voce Parentem:* Ge. 4.
Ae. 5. *Salue, sancte Parens, caloque Ereboque potentem* Ae. 6.
Ae. 11. *Quem primi colimus, tibi seruiat vltima Thule.* Ge. 1.
Ec. 2. *Est mihi picta croco, & fulgenti murice Vestis* Ae. 9.
Ge. 4. *Haudquaquam ob meritum: grates persoluere dignas* Ae. 1.
Ae. 1. *Non opis est nostra: fluuios dum piscis amabit,* Ec. 5.
Ae. 1. *In freta dum fluuij current, dum rore cicada,* Ec. 5.
Ec. 5. *Dumque thymo pascentur apes, dum montibus vmbra* Ae. 1.
Ae. 1. *Lustrabunt conuexa, polus dum sidera habebit,* Ec. 1.
Ae. 4. *Cum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,* Ae. 4.
Ae. 1. *Qua me cunque vocant terra, laudesque manebunt* Ec. 5.
Ae. 1. *Semper honos, nomenque tuum, Rex optime regum.* Ae. 9.

Pontifex.

Ae. 10. *Pluribus oranti risit Pater optimus illi,* Ae. 5.
Ae. 8. *Tum sic pauca refert: animo gratissime nostro* Ae. 12.
Ae. 2. *Expectate venis inuectus Tibridis vndam.* Ae. 7.
Ae. 9. *Nota nimis pulcro veniens in corpore virtus* Ae. 5.
Ge. 1. *Iampridem nobis, tuus, ò clarissime Frater,* Ae. 5.
Ae. 11. *Est animus, merita qua expectant pramia palma.* Ae. 5.
Ae. 8. *Interea quando non omnia possumus omnes,* Ec. 8.
Ae. 2. *Noster eris: nostrumque leues quicunque laborem.* Ae. 1.
Ge. 4. *Ipse autem: quia nota mihi tua magna voluntas,* Ae. 12.
Ae. 4. *Iussa sequar quocunque dabunt se tempore vires.* Ae. 4.
Ge. 3. *Ergo omni studio magna spes altera Roma* Ae. 12.
Ae. 6. *Consulis Imperium primi de gente Latina;* Ae. 11.

Cura

Ae. 7. *Cura tibi in medium rebus succurrere fessis,* Ae. 11.
Ae. 3. *Sacrati & latè custodia credita campi.* Ae. 7.
Ae. 10. *Te quoque magnanimæ gentis comitatur Achates* Ae. 1.
Ae. 11. *Paule, meæ vires, mea magna potentia solus* Ae. 1. Paulum V. intelligit.
Ec. 3. *Ipse Comes paribus curis vestigia figens* Ae. 6.
Ae. 6. *Dat dextram miseris, & tecum maximus Atlas* Ae. 1.
Ge. 1. *Mundum humero torquet stellis ardentibus aptum.* Ae. 4.
Ec. 1. *O Romana potens Itala virtute Propago* Ae. 12. Authoris apostrophe ad Comitũ progeniē
Ae. 11. *Cara mihi Comitum cæli ventura sub axem,* Ae. 6.
Ae. 3. *Viuite felices, quoniam est oblata facultas.* Ge. 4.
Ae. 6. *Felix prole virùm qualis Berecynthia magno* Ge. 1.
Ae. 12. *Emicat in curru Phrygias turrita per vrbes,* Ae. 6.
Ec. 6. *Semideum partus centum complexa Nepotes,* Ae. 6.
Ae. 6. *Omnes cælicolas, omnes super æthera notos.* Ae. 1.
Ae. 5. *Rectores quondam populis, terrisque superbos:* Ae. 2.
Ae. 1. *Ductores animis ingentes, corpore, & armis:* Ae. 11.
Ae. 10. *Expertos belli Iuuenes: duo fulmina belli:* Ae. 6. Torquatum, & Io. Baptistam Comites.
Ae. 7. *Centum Oratores, & Phœbo digna locutos:* Ae. 6.
Ec. 1. *Pastores ouium, arte, & Veste, Ostroq; superbos:* Ae. 1.
Ae. 6 *Reges Romanos genuisti. quæ tibi nostræ* Ge. 4. Vndecim Summi Pontifices ex Comitũ familia prodiere
Ge. 2. *Laudibus Italiæ certet Romana Propago?* Ae. 6.
Ae. 7. *Nomen in astra ferunt omnes vno ore Latini,* Ae. 12.
Ae. 1. *Fortia facta patrum, antiquæ res laudis, & artis.* Ge. 2.
Ge. 1. *Haud mihi si linguæ centum sint, oraque centum,* Ge. 2.
Ge. 3. *Non gens vlla tuos æquè celebrabit honores.* Ae. 12.
Ae. 8. *At vos, ò superi, & diui tu maxime Ductor* Ae. 8. D. Michaelem Archangelum intelligit.
Ae. 12. *Agminis Aligeri: si quid, pia numina, possunt* Ae. 4.
Ae. 11. *Vota, precesque meæ: tu pulcro pectore Virgo,* Ae. 3. Virgo Maria.
Ae. 6. *Læta Dei partu, centum comitata ministris,* Ae. 2.
Ae. 4. *Et Comites vosmet rebus seruate secundis,* Ae. 1.
Ae. 4. *Nec non & Comitum stirpem, & genus omne futurũ:* Ae. 4.
Ae. 1. *Præcipuè nunc Purpureo qui adopertus amictu;* Ae. 3. Carolum Cardinalem.
Ae. 1. *Germanum insignem fama, & felicibus armis;* Ae. 7. Lotharium Caroli fratrem.
Ae. 12. *Egregium & forma Iuuenem, cui plurima virtus* Ae. 11.
Ec. 6. *Floribus, atque Apio crines ornauit odoris;* Ec. 2. Appiũ, & Toc-

quatũ Lotharij filios.	Ec. 2. *Te quoque flauentem prima lanugine malas*	Ae. 10.
	Ae. 12. *Nomine Auum referentem, animo, manibusq; parẽtes.*	Ec. 4.
	Ae. 5. *At tu Mænalios iam desine tibia versus,*	Ec. 8.
Carolus.	Ec. 1. *Nanque fatebor enim, diuino carmine Pastor,*	Ec. 6.
	Ec. 10. *Dum puer ipse, fuit cantari dignus, & ista*	Ec. 5.
	Ae. 2. *Iampridem diui cecinerunt omnia Vates.*	Ae. 5.
Carolũ Card. alloquitur Authot.	Ec. 1. *Fortunate Senex ferrugine clarus, & Ostro,*	Ae. 11.
	Ae. 12. *Ventum ad supremum est, longarum hæc meta viarum,*	Ae. 3.
	Ec. 8. *A te principium, tibi desinet: accipe signis*	Ge. 1.
	Ae. 12. *Hac mea cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum*	Ec. 8.
	Ae. 6. *Inter odoratas ederam tibi serpere lauros,*	Ec. 8.
	Ae. 9. *Quando aliter nequeo, & longum testentur amorem*	Ae. 3.
	Ge. 3. *SPADI, ni refugis tenues cognoscere curas.*	Ge. 1.
	Ec. 1. *Fortunate Senex, maneat pars vltima vitæ*	Ec. 4.
	Ae. 2. *Longa tibi; afflictis melius confidere rebus*	Ae. 1.
	Ae. 4. *Credo equidem, nec vana fides; mea maxima cura*	Ae. 1.
	Ec. 4. *Te duce si aspirat primo fortuna labori,*	Ae. 2.
	Ge. 1. *Nequicquam patrium remeabo inglorius orbem.*	Ae. 11.
Comitum Insigne Aquila.	Ae. 3. *Ergo speratam tandem Iouis Ales in æthram,*	Ae. 12.
	Ae. 5. *Vnde genus ducis, genus alto à sanguine diuum,*	Ae. 5.
	Ae. 5. *Si concessa peto, si fert ita corde voluntas,*	Ae. 6.
	Ae. 5. *Sublimem pedibus rapiat: noctesque diesque*	Ae. 6.
	Ae. 6. *Remigio alarum, ac ingenti protegat vmbra.*	Ge. 2.
	Ec. 5. *Hæc ego (qui quondam gracili modulatus auena*	Ae. 1.
Florentiola Anthoris patria.	Ae. 1. *Carmen, & egressus siluis Florentibus herbis*	Ec. 9.
	Ae. 1. *Magnanimum Heroum laudes; & facta Parentis*	Ec. 4.
	Ae. 2. *Relligione Patris, cui aperitur vertice Sidus)*	Ae. 8.
Opus hoc Placentiæ Paulo V. Summo Pontifice compositum est.	Ec. 3. *Descripsi; tardis ingens vbi flexibus errat*	Ge. 3.
	Ge. 1. *Fluuiorum Rex Eridanus; dum maximus Orbis*	Ge. 1.
	Ae. 5. *Ipse Gubernator, cui belli Insigne superbum*	Ae. 8.
	Ge. 4. *Squamosusq; Draco, & pedibus Iouis Armiger vncis,*	Ae. 9.
	Ae. 11. *Per gentes dat iura, viamq; affectat Olympo.*	Ge. 4.

FINIS.

AD PAVLVM V.
PONT. MAX.

De bello Montisferrati inter

Serenissimos

CAROLVM EMANVELEM

ALLOBROGVM,

&

FERDINANDVM

Gonzagam Cardinalem

MANTVAE, DVCES.

ITALIAE PROSOPOPOEIA.

Ad Illustriß. ac Reuerendiß. D.D.

SCIPIONEM

S.R.E. CARDINALEM

Burghesium.

Illustriss. ac Reuerendiss. D. D.

SCIPIONI
S. R. E. CARDINALI
Burghesio, &c.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

CVM homo, vt sapientes viri præcipiunt, nihil in omni vita agere debeat, cuius non veram, aut probabilem saltem aliquam rationem, nisi temeritatis, & imprudentię notam subire velit, afferre queat: Ego, Cardinalis Amplissime, si quis à me hoc tempore, cur hanc Italiæ prosopopoeiam ex Virgilianis confictam, & confectam hemistichijs, tibi potissimum destinare, & cum tui præclarissimi nominis inscriptione publicare voluerim, curiosiùs percontetur; cum multas adhibere possum causas, quæ

meum factum tueantur; tum ea in primis occurrit omnium grauissima, & omniũ instar habitura: quòd tu, sapientissime Scipio, in illo belli incendio, atque horribili armorum tumultu, qui etsi in extrema ferè Italiæ ora fuerat excitatus; tamen Italiæ toti vel miserãdam vastitatem, vel non mediocria certè incommoda minari videbatur; ita te gessisti, vt auctore Paulo V. Pontifice optimo maximo Auunculo tuo, inter magnos Principes de imperij summa inter se collatis signis disceptantes, exoptatæ pacis conciliator accesseris; nobilissimęque prouinciæ in hac prosopopoeia suam vicem querenti, impendentiaque sibi damna quodammodo lamentanti, pristinam quietem, ac trãquillitatem, opera, consilio, sedulitate, vigilantia, dexteritate, auctoritate, omni denique officiorum genere attuleris. Quamquam quid grauiores consilij mei causas huc allegem; cum illa satis superq; esse debuerit; quòd cum ego lucubratiunculam hanc meam calamo descriptam superiore anno ad tuas manus meæ erga te obseruantię testificandæ gratia perferendam curassem; Tu, Heros generosissime, & humanissime, pro tua summa animi facilitate, mirificaque ingenij suauitate, & eximia ad politiores litteras fouendas, & prouehendas propensione, æquis, & constantibus oculis eam legisti, lectamq; tibi vehementer placuisse

non

non obſcuris ſignificationibus oſtendiſti. Quæ cum ita ſeſe habeant, non dubito, quin omnes ſtatim agnoſcant, me non fortuitò, aut repentina aliqua voluntate, ſed certo iudicio, vt hanc, qualiſcunque illa ſit, Italiæ querimoniam, quam tu in admirabilem, ſolidamque lætitiam conuertiſti, Amplitudini tuę inſcriberem, adductum fuiſſe. Vtinam verò, Cardinalis Ampliſsime, illud pro votis mihi ſuccedat, vt quę Virgiliana fruſtula in hanc nouam compagem à me coagmentata, tibi ſemel placuerunt, iterum ſi aſpiciantur, haud deſpiciantur. Quod ſi, vt in primis opto, contigerit; ego & mecum ipſe maxime gaudebo, & cum hac ſcriptiuncula mea præclariſsimè actum putabo. Vale. Placentiæ. Cal. Aprilis. MDCXIV.

AD PAVLVM. V.

PONT. MAXIMVM

De bello inter

SERENISS. ALLOBROGVM,

&

MANTVAE DVCES

Italiæ Prosopopoeia.

Ae. 8. V*T belli ſignum, & tectis citus extulit altis* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Se Ductor, ſuperans animis, Tauroque ſuperbus,* *Ae.* 7.
Ae. 11. *Auditusque tubæ mugire per æthera clangor:* *Ae.* 8.
Ae. 8. *Vtque acres concuſſit equos, vtque induit arma,* *Ae.* 11.
Ge. 3. *Primaque Ferrati magno cum murmure Montis* *Ae.* 1.
Ae. 9. *Caſtra petens, primusque animos accendit in hoſtes:* *Ae.* 11.
Ae. 4. *Flauentes abſciſſa comas Oenotria tellus* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa decoros* *Ae.* 11.

Carolus Emanuel Taurini Dux.

Caſtra ſcilicet Albæ, Tridini, & Mõtiſcalui in Monteferrato.

Ingemuit,

Ae. 6. *Ingemuit, talesque effudit pectore questus:* Ae. 5.
Ae. 11. *PAVLE, meæ vires, mea magna potentia solus,* Ae. 1.
Ae. 1. *Qui mare, qui terras, qui res hominumq́; deumq́ue* Ae. 1.
Ae. 1. *Aeternis regis imperijs Mauortis ad vrbem,* Ae. 6.
Ae. 1. *Ad te confugio miserantem incommoda nostra;* Ae. 8.
Ae. 8. *Aspice qui coëant in me, excidiumq́ue meorum:* Ae. 8.
Ae. 12. *Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes* Ge. 2.
Ae. 12. *Bella mouens immittit equos, bella, horrida bella* Ae. 6.
Ae. 3. *Dentibus infrendens tristi cum corde volutat,* Ae. 6.
Ae. 12. *Excisurum vrbes minitans, Saturniaque arua.* Ae. 1.
Ge. 3. *Pallida Gorgoneis Alecto infecta venenis* Ae. 7.
Ae. 7. *Vipeream inspirans animam inter millia sæuit,* Ae. 10.
Ae. 4. *Inceditque animos insani Martis amore.* Ae. 7.
Ge. 2. *Hanc cum sanguineo sequitur Bellona flagello,* Ae. 8.
Ae. 4. *Et diræ vltrices, & plurima mortis imago.* Ae. 2.
Ae. 7. *Ipse inter primos præstanti corpore Ductor* Ae. 12. Idem Taurini Dux.
Ae. 1. *Taurini æratas acies in prœlia cogit,* Ae. 9.
Ae. 8. *Arduus arma tenens quæsitas sanguine dotes,* Ae. 7.
Ae. 7. *Castrorum ereptum reddi sibi poscit honorem:* Ae. 5.
Ae. 11. *Instructusque ruit varijs exercitus armis* Ae. 12.
Ge. 2. *Huc, illuc; latos vastat cultoribus agros,* Ae. 8.
Ge. 3. *Spemq́ue gregemq́ue simul, sata læta, boumq́ue labores.* Ge. 1.
Ae. 8. *Quid memorem infandas cædes, quid facta Britanni* Ge. 3. Piratā Anglū in exercitu eiusdē Ducis intelligit.
Ge. 1. *Impia? dij capiti ipsius, generiq́ue reseruent.* Ae. 8.
Ae. 3. *Aere cauo, quo non aliud velocius vllum* Ae. 4. Bombardam vulgus appellat.
Ae. 8. *Tormenti genus, & turres, ac tecta domorum* Ae. 2.
Ae. 8. *Deijcit in terras disiectis oppida muris,* Ae. 8.
Ae. 11. *Fulminis in morem; sonitus procul ære canoro* Ae. 9.
Ae. 12. *Terrificos ciet, & circum loca sulphure fumant.* Ae. 2.
Ae. 2. *Talibus insidijs vna tot cæde perempta* Ae. 9.
Ae. 1. *Corpora fundit humi, & vitam dispergit in auras,* Ae. 11.
Ge. 3. *Stare loco nescit; domat, & quatit oppida bello.* Ae. 9.
Ae. 10. *At parte ex alia Tyrio conspectus in Ostro* Ge. 3. Ferdinandus Gōzaga Card. & Dux Mātuę
Ae. 9. *Princeps, cui virtus, animusq́ue in pectore præsens,* Ae. 6.
Ae. 11. *Cuius ob auspicium celsis caput vrbibus effert* Ae. 8.

Mantua

Ae. 10. *Mantua diues auis, studijsque asperrima belli;* Ae. 1.
Ae. 7. *Agmina in arma vocat: pergit defendere muros* Ae. 12.

Vincentius Gonzaga Ferdinandi frater

Ae. 1. *Germanus, fama multis memoratus in oris,* Ae. 7.
Ae. 12. *Perque hostes, per tela ruit, media agmina rumpit* Ae. 12.
Ae. 12. *Vectus equo, pœnasque inimico à sanguine sumit.* Ae. 11.

Cosmus, & Franciscus Medicei fratres

Ae. 11. *Tyrrhenique Duces consanguinitate propinqui* Ae. 2.
Ae. 2. *Addunt se socios: Florentes ære caterua* Ae. 11.
Ae. 9. *Accelerant pariter detrudere finibus hostem.* Ae. 7.

Cæsar Dux, & Alphõsus Princeps Estenses.

Ae. 6. *Este Duces, vlli haud veterum virtute secundi,* Ae. 11.
Ae. 9. *Armati ferro medijs in millibus ardent.* Ae. 1.
Ae. 7. *Externi veniunt ferro populare penates* Ae. 1.
Ae. 3. *Italiæ, & raptas ad littora vertere prædas.* Ae. 1.
Ae. 2. *Luctus vbique pauor; resonant plangoribus ædes,* Ae. 12.
Ge. 4. *Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ* Ae. 6.
Ae. 11. *Dirum execrantur bellum: Pater optime, fessam* Ae. 3.
Ae. 3. *Italiam, Italiæq; leues quemcunque laborem.* Ae. 1.

Maria Medicea Gallorum Regina.

Ge. 3. *Dum Medicas adhibere manus ad vulnera Gallum* Ec. 6.
Ae. 4. *Regina: & famæ merito pars maxima nostræ* Ge. 2.

Alphonſ Princeps Estensis.

Ae. 12. *Este bonus, quo non superat mihi carior alter,* Ae. 12.
Ae. 8. *Dum curat, diræ vt ferro & compagibus arctis* Ae. 1.
Ae. 1. *Claudantur belli portæ, & grauia arma quiescant:* Ae. 10.

Episcopus Britonorij ex Maximorum gente.

Ae. 6. *Itque reditque viam toties dum Maximus Heros* Ae. 6.
Ec. 5. *Formosi pecoris Custos, vt fœdera firment* Ae. 12.
Ae. 6. *Illustres Animæ media inter prælia belli:* Ae. 11.

Philippus III. Austriacus Hispan. Rex.

Ae. 7. *Dum medium paci se offert iustissimus Auster,* Ge. 1.
Ae. 1. *Rexq; peregrina ferrugine clarus Ibera,* Ae. 9.
Ae. 12. *Cui genus à proauis ingens, clarumque Philippi* Ge. 1.
Ae. 7. *Nomen inest, magnorum haud vnquam indignus auorũ,* Ae. 12.
Ae. 10. *Nil validæ iuuere manus, nihil omnibus actum,* Ae. 11.
Ec. 1. *Sed magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.* Ae. 7.
Ae. 9. *At tu, magne Pater, propius res aspice nostras,* Ae. 1.
Ae. 5. *Summe Pater, miserere, potes nanque omnia, nec te* Ae. 6.

Apostolica.

Ge. 1. *Nequicquam sacra longæuum in Sede locauit* Ae. 2.
Ae. 10. *Omnipotens Genitor, superi regnator Olympi,* Ae. 2.
Ae. 7. *Dic in amicitiam coëant, & fœdera firment* Ae. 11.

Inuictæ

Ae. 12. *Inuictæ gentes; paribus se legibus ambo* *Ae.* 12.
Ge. 4. *Magnanimique Duces æterna in fœdera mittant.* *Ae.* 12.

Allobrogū, & Mantuæ.

Ge. 4. *Sin autem increscent animis discordibus iræ,* *Ae.* 9.
Ae. 8. *Heu quantæ cædes instant mortalibus ægris!* *Ae.* 2.
Ae. 1. *Gens inimica mihi, Romanis arcibus olim* *Ae.* 10.
Ae. 10. *Exitium magnum, & saeui monumenta doloris,* *Ae.* 12.
Ae. 9. *Nota nimis miseris Alpes immittet apertas,* *Ae.* 10.
Ae. 7. *Tyrrhenum ad Tibrim & Capitolia celsa tenebit.* *Ae.* 8.
Ae. 2. *Ergo age, care Pater, componi fœdere bellum* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Præcipe, venturo lætentur vt omnia sæclo.* *Ec* 4.
Ec. 2. *Et vos ò, quæ dicam animis aduertite vestris* *Ae.* 2.
Ae. 6. *Magnanimi Heroes, cincti fulgentibus armis,* *Ae.* 11.
Ae. 12. *Quo ruitis? quæ nunc animo sententia surgit?* Ae. 1.

Ad eosdem Duces apostrophe.

Ae. 5. *Quis furor iste nouus? quæ vos fortuna quietos* *Ae.* 11.
Ae. 6. *Deturbat, suadetque ignota lacessere bella?* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Nulla salus bello; varium, & mutabile semper;* *Ae.* 4.
Ae. 11. *Ambo animis, ambo insignes præstantibus actis* Ge. 1.
Ec. 6. *Ne patriæ validas in viscera vertite vires,* *Ae.* 6.
Ae. 9. *Pœnarum exhaustum satis est, satis vna, superque* *Ae.* 2.
Ae. 2. *Vidimus excidia, & certamina Martis anheli:* *Ae.* 12.
Ae. 12. *O cohibete iras, coëant in fœdera dextræ,* *Ae.* 11.
Ae. 7. *Cælestum vis magna iubet; Rex maximus Orbis,* Ge. 1.
Ae. 5. *Ipse Gubernator, cæli cui sidera parent,* *Ae.* 10.
Ae. 3. *Infernique lacus, atque altæ mœnia Romæ;* *Ae.* 1.
Ae. 7. *Cui triplici niuea cinguntur tempora vitta* *Ae.* 6.

Paulus V. Pōt. Max cuius Insigne habet Draconem, & Aquilam.

Ge. 4. *Inter sacra deum; cui belli Insigne superbum* *Ae.* 8.
Ge. 4. *Squamosusque Draco, & pedibus Iouis Armiger vncis.* *Ae.* 9.
Ec. 5. *Sed si tantus amor menti, si tanta cupido est* *Ae.* 6.
Ec. 3. *Et glomerare manum bello, & concurrere in arces,* *Ae.* 2.
Ae. 9. *Castra aliena iugo premere, atque auertere prædas,* *Ae.* 10.
Ae. 11. *Experiare licet possit quid viuida virtus,* *Ae.* 11.
Ae. 7. *O mea Progenies, genus alto à sanguine diuum,* *Ae.* 5.
Ae. 11. *Quærendi vobis nec longe scilicet hostes;* *Ae.* 11.
Ge. 1. *Ecce inimicus atrox Lunatis agmine peltis* *Ae.* 1.
Ae. 8. *Victor ab Auroræ populis, & littore Achiuum* *Ae.* 11.

Turcarum Tyrannus.

Fertur

Ae.11.	*Fertur equo, varijs horrendumque intonat armis,*	Ae. 12.
Ae.12.	*Deiecturum arces Italum summasque minatur:*	Ae. 12.
Ae. 6.	*O Nati, dira bellum cum gente gerendum,*	Ae. 3.
Ae. 2.	*Regnatorem Asiæ, spolijs Orientis onustum,*	Ae. 1.
Ge. 3.	*Tollentemque minas, & multa cæde cruentum,*	Ae. 1.
Ec. 8.	*Crudelem veluti pecora inter inertia tigrim,*	Ae. 9.
Ae. 1.	*Eoasque acies quocunque absumite leto.*	Ae. 3.
Ae. 8.	*At vos ò, ne tanta animis assuescite bella,*	Ae. 6.
Ae. 4.	*Quin potius pacem æternam celebrate fauentes*	Ae. 8.
Ec. 2.	*Mecum vna, & iam nunc sociorum assuescite mensis.*	Ae. 8.
Ae. 3.	*Vobis Omnipotens, rerum cui summa potestas,*	Ae. 10.
Ae. 2.	*Haud ignota loquor, meritis pro talibus annos*	Ae. 1.
Ae.10.	*Sexcentos dabit, & magna inter præmia ducet.*	Ae. 12.
Ae. 4.	*Hæc effata parens frugum Saturnia tellus:*	Ge. 2.
Ae. 2.	*Intonuit læuum vibratus ab æthere fulgor:*	Ae. 8.
Ae. 6.	*Illa autem meliora deos sedet omina poscens.*	Ge. 3.

F I N I S.

Ad

Ad Illustriss. ac Reuerendiss. D.D. SCIPIONEM BVRGHESIVM S. R. E. Cardinalem Amplissimum

ANAGRAMMATISMVS.

Francisci Mariæ Magnani Placentini.

Scipio Sanctae Ecc.ae Cardinalis Burghesius.
Siccinè ades nobis Caeli hic pius Argus, & acer?

MARTIA sanguineis dudum pugnata sagittis
Bella per Ausonios iam iam gliscentia campos,
Bella vel horrifico passim resonantia bombo,
Consilijs pacata tuis (tibi protinus omnes
Et Cælo, terraq; potens Sanctissimus vltrò
Patruus impertit curas, seniorque lacessit
Adiutorem operum) postquam Saturnia tellus
Nouit, & auctorem pacis lætata reuisit:
Qualis inaccessum cum iam deuenit ad æquor
Alcides, dubijs se credere nescius vndis,
Vela trahit, non vlteriùs prohibentia contrà
Aequora passurus; talis dum spectat alumnos
Virgineam huc illuc aciem conuersa, nitentem
Egregia pietate virum te Martis in vrbe
Ostro effulgentem media inter millia cernens.
Constitit, inque vno lumen defixa morata est,
Ora stupescenti similis. dehinc talia fatur:
Te nè ego sic, nostri spes ò fidissima sæcli,
Aspicio? prò quanta tibi hoc pro munere, quanto
Debeo pauper, inops! manibus prò qualia cerno
Gesta tuis! iam non Macetum clarissima tellus
Iactet Alexandrum iam non mihi Græcia mille
Ostentet fetus. tete tot millibus vnum
Obijciam & terræ, & Cæli pia regna tuentem.

Tu tu, cum multis nuper sæuiret in armis
Plurimus, armatum traheretque in prælia Martem
Castra petens, regnata alijs sua regna reposcens
Allobrogum Ductor, quo non præstantior alter
Oppida disiectis vastare hostilia muris;
Primus inexpletas inimico sanguine mentes
Sedare aggressus, tantas componere lites
Natus, amicitiam renouas, ac fœdera firmas.
Scilicet infidas animantia prælia vires,
Impiaque exuuijs inimica insignia nostris
Haud procul accensos aduerso Marte fideles
Mutua in immeritum signantes vulnera pectus,
Adspiciens subito compellatura furore,
Comprimis insanos, furijs vlulantibus, enses.
Non aliter, Siculis si fortè immurmurat vndis
Iam demùm impatiens tenebrosi carceris illinc
Nubifugus Boreas, hinc cedere nescius Auster
Obuius irato, quoniam data copia cymbæ,
Vela replet vasta iam iam absorbenda Charybdi;
Plurimus assurgit pelagi Regnator, & altè
Conspicit iratos, validaque tricuspide frenat.
Siccinè, magne Parens, Patruo dignissime tanto,
Otia prisca refers, & pristina sæcla reducis?
Siccinè ades nobis Caeli hic pius Argus, at acer?
O precor annosi tria sæcula Nestoris idem
Exsuperes, & celsa tuis Capitolia cernas
Imperijs gauisa nouos educere fetus!
Audijt Omnipotens, Cælique in parte serena
Intonuit læuum. placido Tiberinus ab alueo
Exsiliens vitreis comitatus ad æthera Nymphis,
Vernantes inuisit agros, roseisque hyacinthis
Auspicio lætata nouo canentia cinctus
Tempora, ludentes duxit per prata choreas.

De Serenis.

ALEXANDRO,
ODOARDO,
&
HORATIO

Sereniss.

RANVTII FARNESII

PLACENTIAE, PARMAE, &c.
Ducis IV. Filijs.

POEMATIVM

Ad Illustriss. & Excellentiss. D.D.

OCTAVIVM
FARNESIVM.

Illustriss. & Excellentiss. D. D.

OCTAVIO FARNESIO

SERENISS. RANVTII PLACENTIAE, PARMAE, &c. Ducis IV. Filio.

F. Io. Baptista Spadius S. P. D.

CVM hanc lucubratiunculam ex Virgilianis frustis hinc inde collectis à me vtcunque pro mei ingenij tenuitate compactam tibi, Octaui Excellentissime, tuæ mihi gratiæ conciliandæ causa, dicare decreuissem; mecumque ipse, qualis tu, & quo loco natus esses, diligentet considerarem; tritum illud vulgari sermone prouerbium, Mare amnium non indigere, eique frustra, vel non sine maxima imprudentiæ nota aquam addi solere, mihi in mentem veniebat; & ne quod constitueram, maximeque in

optatis habebam, exequerer, quaſi importunus, potentiſsimusque aduerſarius obſiſtebat. Sed ab iſtiuſmodi conſilio ne depellerer, aut deterrerer, etiam effecit illa, quæ in ampliſsimo tuarum virtutum theatro, vel potius Oceano eniteſcit, excellit, & quaſi familiam ducit, incredibilis ingenij ſuauitas, mirificaque benignitas. quam cum erga omnes non modò virtute prçditos, ſed etiam leuiſsimam virtutis vmbram præſeferentes oſtendere conſueueris; ego quoq; ſpero fore, vt tui quàm ſimillimum erga me te prçbeas: immo quemadmodum Oceanus ipſe per ſe aquarum vi maxima redundans fluuiolos exiguum quaſi aquæ hauſtum ſibi propinantes non modò non faſtidiosè aſpernatur, neque ſuperbè reſpuit; ſed potius amicè excipit, benigneque amplectitur; ita tu, generoſiſsime Octaui, vt verſiculos iſtos tanquam exiguos è tenui vena profluentes riuos non contemnas, ſed humaniſsimè ſuſcipias futurum confidere audeo. Accipe igitur, Adoleſcens ſapientiſsime, hoc meæ in te obſeruantiæ teſtimonium, meq; tibi & eſſe & perpetuò fore addictiſsimũ perſuaſum habe. Sic te Deus opt. max. quemadmodum in iſto ætatis flore ad omnium præclariſsimarum artium cognitionem euexit, ita ad Octauij antiquiſsimi Imperatoris felicitatem; & ſi quid illa felicitate

optabi-

optabilius in terris homini accidere potest, aliquando euehat; id quod cum tuo clarissimo generi, tum tuis innumerabilibus, singularibusque virtutibus conuenire, & omnino deberi, nemo non fatetur: Vale. Placentiæ. IV. Idus Augusti. MDCXIII.

Aliud de Farnesijs Principibus.

Antonij Francisci Graßi.

Ser.[ma] Ranucij Farnesij Ducis, et Margaritae
Aldobrandinae soboles.
Stella beata uigens bina inter sidera, amoris
Carior effundam radios.

QVALIA collucent Magno rutilantia cælo
Astra, almum quæ bina diem noctemque vicissim
Illustrant, vultu & radios vibrante nitescunt;
Tales effulgent qui me genuere parentes
Et superis cari, & mortalibus ambo; sed ipsa
Stella beata uigens bina inter sidera, amoris
Carior effundam radios, *& clarior illis*
Luce mea, virtute mea, tenebrisque fugatis
Splendescam astrorum geminorum gloria summa.
Sic mea promittunt, sic nomina magna Parentum.

Aliud de Alexandro Principe Farnesio Infante.

Francisci Mariæ Magnani.

Alexander Farnesius Placentiae, et Parmae Dux V. etc.ª
Ex te, pax fida, & plane aurea saecula mire
Nascentur.

QVALIA *clarisono portendis nomine, Princeps,*
Gaudia? quæ prorsus felicia tempora spondes?
Dulcis an Ambrosiæ succos, & rosida mella
Sponte feret tellus fecunda? an flumina lactis
Plena fluent iterum? Padus & spumantibus vndis

Terribilis, Borea nubes agitante, vel Austro,
In mare, nectareum incipiet deferre tributum?
Sic reor; & rursus iuuenescent omnia; nanque
Ex te pax fida, & plane aurea saecula mirè
Nascentur: *dum tu nostris dominabere terris.*

Aliud de eodem.

Petri Francisci Malaraggiae.

Serenissimus Placentiae, atque Parmae Dux V.
Venit Alexander, quem tu Mars, ipse pauescis.

VENIT Alexander, quem tu Mars, ipse pauescis:
Scilicet ille armis olim celeberrimus Heros,
Ille malorum acer vindex fideique, Deique
Cultor Alexander, votis, precibusque renatus:
Iam, iam bella geret. clypeum, thoraca, comantem
Et galeam depone: minax incedere curru
Desine: victus ages posthac inglorius aeuum.
Te pauidum vincet puer hic; Rhodopeia nec te
Flumina, nec Thracum populi tua numina thure
Vana colent: tantus decora auferet omnia victor.

De Sereniss.

Alexandro, Odoardo, & Horatio,

SERENISS.

RANVTII FARNESII

PLACENTIAE, PARMAE, &c.

Ducis IV. Filijs.

Pub. Virg. Maronis Poëmatium.

Ec. 8. *PASTORVM musam recubans sub tegmine fagi* Ec. 1.
Ge. 2. *Hactenus: aruorum cultus: plantaria terræ,* Ge. 2.
Ge. 3. *Arbusta: & quæ cura boum, quis cultus habendo* Ge. 1.
Ge. 1. *Sit pecori: atque apibus gracili modulatus auena:* Ae. 1.
Ae. 11. *Altior insurgens cithara, fidibusque canoris* Ae. 6.
Ae. 9. *Magnanimum Aeneam, atque horrẽtes Marte Latinos,* Ae. 10.
Ge. 4. *Mores, & studia, & populos, & prælia dixi.* Ae. 10.
Ec. 4. *Sicelides Musæ, collectis omnibus vnà* Ae. 2.
Ge. 2. *Carminibus patrijs, paulò maiora canamus,* Ec. 4.
Ae. 6. *Delius inspirat vates, aperitque canenda.* Ec. 5.

PROGE-

Tres Principes Ranutij Ducis filios.

Ge. 1. *PROGENIEM, totum quæ viribus occupet orbem,* Ae. 7.
Ae. 11. *Dicamus. tentanda via est, qua me quoque possim* Ge. 3.
Ge. 3. *Tollere humo, infernis ad lumina surgere vita* Ae. 7.
Ae. 8. *Porticibus, victorque virum volitare per ora.* Ge. 3.
Ec. 6. *Tu vero ò, venerande, meis allabere cœptis,* Culic.
Culic. *OCTAVI, inceptumque vna decurre laborem,* Ge. 2.
Ge. 3. *Te sine nil altum mens incboat. en age tardas* Ae. 10.
Ae. 11. *Frange moras. vocat ingenti clamore Cithæron.* Ge. 3.

Placentia, in qua S. Sabinus Episcopus mortuus, & D. Antonin⁹ ex Thebeorũ legione martyrio coronatus fuit.

Ae. 1. *VRBS antiqua (ingens tardis vbi flexibus errat* Ge. 3.
Ge. 1. *Fluuiorum rex Eridanus per pinguia culta;* Ge. 4.
Ge. 3. *Atque vbi iam leto canentia lumina soluit* Ae. 10.
Ec. 5. *Formosi pecoris Custos pater ipse Sabinus;* Ae. 7.
Ae. 7. *Nobilis ac multo vitam cum sanguine fudit* Ae. 2.
Ae. 9. *Thebana varijs de matre* Antonius *armis)* Ae. 8.
Ae. 7. *Hesperia in magna colitur gratissima tellus.* Ae. 3.
Ae. 8. *Hanc multos florentem annos ditione tenebat* Ae. 1.

Ranutius Farnesius Dux Placentiæ, & Parmæ quartus.

Ae. 5. *Princeps ante omnes pietate insignis, & armis,* Ae. 6.
Ae. 11. *Cuius ob auspicium surgens caput altius effert* Ge. 3.
Ec. 3. *Parma antiqua, potens armis, atque vbere glebæ,* Ae. 3.
Ae. 1. *Iura dabat, legesque viris ex ordine gentis* Ge. 4.
Ae. 6. *Quartus. Post varios hominumque vrbisque labores,* Ae. 2.
Ae. 8. *O sate gente deum, Ductor, fortissime bello,* Ae. 10.

Margarita Aldobrãdina Ranutij Ducis vxor.

Ae. 1. *Virginis os, habitumque gerens tibi ducitur VXOR,* Ec. 8.
Ae. 10. *Qualis gemma micans Tyrrhena ab sede profecta.* Ae. 7.
Ae. 3. *Agnouit prolem geminam pulcherrima Coniux* Ae. 10.
Ae. 6. *Principio, prima quæ oriens erepta iuuenta est.* Ae. 7.
Ae. 10. *Hoc casu concussi animi, mæstusque per omnes* Ae. 9.
Ae. 9. *It gemitus, mæstoque immugit regia luctu.* Ae. 11.
Ae. 1. *Interea ad templum incedunt longo ordine gentes,* Ae. 8.
Ge. 4. *Matres, atque viri, sequitur quos cetera pubes,* Ae. 5.
Ae. 3. *Numina magna vocant, omnes supera alta tenentes:* Ae. 6.
Ae. 10. *Cælicolæ magni, si quid pietate meremur,* Ae. 2.
Ae. 3. *Et placidi seruate pios; prolemque virilem* Ae. 7.

Ranutius, & Margarita vxor.

Ae. 9. *Tandem DVCTORES natam melioribus annis* Ae. 6.
Ge. 2. *Accipiant, vitam quæ extrema per omnia ducat,* Ae. 3.

Nequic-

Ge. 1.	*Nequicquam tantique abolescet gratia facti.*	Ae. 7.	
Ae. 10.	*At parte ex alia Diuæ armipotentis ad aram*	Ae. 2.	Mariæ Virg. quæ castrorum acies dicitur.
Ae. 2.	*Ad cælum tendens ardentia lumina Coniux*	Ae. 12.	
Ae. 7.	*Insignis, tales effudit pectore voces:*	Ae. 5.	Margarita.
Ae. 11.	*Cara mihi ante alias, domus omnipotentis Olympi*	Ae. 10.	
Ec. 1.	*O Regina, graui iamdudum saucia cura*	Ae. 4.	
Ae. 1.	*Perstat mens mihi, nec placida contenta quiete est:*	Ae. 9.	
Ae. 6.	*O Virgo cui nostra dies altaria fumant,*	Ec. 1.	
Ae. 9.	*Si qua tuis pro me pater vnquam dona Sacerdos*	Ae. 7.	
Ae. 6.	*Sacra ferens meritos aris mactauit honores,*	Ae. 3.	
Ec. 3.	*Iam liceat tristes animo deponere curas.*	Ge. 4.	
Ae. 8.	*Alma rogo Genitrix natos, præque omnibus vnum,*	Ae. 3.	
Ae. 6.	*Vnum oro; ad tua templa feram solemnia dona,*	Ae. 9.	
Ae. 9.	*Et statuam ante aras aurata fronte puellum.*	Ec. 6.	
Ge. 3.	*Nec non est idem supplex per vota precatus*	Ae. 9.	
Ae. 1.	*Aeterno regi cæloque, Ereboque potenti*	Ae. 6.	
Ae. 7.	*Ipse inter primos præstanti corpore Ductor:*	Ae. 10.	Ranutius.
Ae. 4.	*Regnator cælum, & terras qui numine torques,*	Ge. 1.	
Ae. 10.	*Omnipotens, si quid pietas antiqua labores*	Ae. 5.	
Ae. 5.	*Respicit humanos, nostro succurrere labori:*	Ae. 9.	
Ae. 6.	*Iampridem prolem cupio, miserere precantis,*	Ae. 10.	
Ae. 2.	*Hanc tandem concede, hominum sator, atque deorum,*	Ae. 11.	
Ec. 5.	*Semper honos, nomenque tuum, memorabile nomen,*	Ae. 2.	
Ae. 1.	*Quæ me cunque vocent terræ, laudesque manebunt.*	Ec. 5.	
Ae. 4.	*Talibus orabat dictis, arasque tenebat,*	Ae. 6.	
Ae. 1.	*Cum subitò cæli Genitor de parte serena*	Ae. 9.	
Ae. 2.	*Intonuit læuum, atque hominis tandem ore locutus:*	Ge. 4.	
Ae. 7.	*O mea progenies, quod tota mente petisti*	Ae. 4.	
Ae. 1.	*Accipies, pulcra faciam te prole parentem,*	Ae. 1.	
Ge. 1.	*Atque hæc non cura nobis leuiore tuenda,*	Ge. 3.	
Ae. 5.	*Consurgent venti, & stridens Aquilone procella,*	Ae. 1.	Alludit ad futuram coniurationem.
Ae. 10.	*Cernes at cælum, tempestatesque serenas,*	Ae. 1.	
Ge. 1.	*Et coniurati fugient vasto æthere nimbi.*	Ae. 5.	
Ae. 5.	*Vix hæc ediderat, cælo delapsa per vmbras*	Ae. 2.	
Ae. 2.	*Stella facem ducens, multa cum luce quieuit*	Ae. 3.	

Atque

Margin	Src	Verse	Src
	Ec. 2.	*Atque super tectum augustum, sublime columnis.*	Ae. 7.
Ranutius.	Ae. 10.	*Tum Princeps cælo palmas cum voce tetendit:*	Ae. 2.
	Ae. 2.	*Adsis ò placidusque iuues, Regnator Olympi,*	Ae. 10.
	Ae. 4.	*Auxilium imploro, Pater, atque hæc omina firma.*	Ae. 2.
Margarita.	Ae. 6.	*Egregia interea Coniux noctesque diesque*	Ae. 6.
	Ae. 3.	*Exorat Diuos votis quod sæpe petiuit.*	Ae. 12.
	Ge. 1.	*Quæ grauidam sese Lucina experta labores*	Ge. 4.
	Ae. 10.	*Vt vidit, supplex aris imponit honorem,*	Ae. 1.
	Ae. 5.	*Muneribus cumulans optata vt luce fruatur*	Ae. 4.
	Ge. 4.	*Eductus fetus, cari genitoris imago.*	Ae. 2.
Dies quartus Septembris, in quo Moses Propheta ex hac vita discessit.	Ae. 10.	Matura iam luce dies reuoluta ruebat	Ae. 10.
	Ge. 1.	*Qua haud vatum ignarus, venturiq; inscius æui*	Ae. 8.
	Ae. 7.	*Moses (nota loquor) superis concessit ab oris.*	Ae. 2.
	Ae. 3.	*Cum subitò orantis subitus tremor occupat artus*	Ae. 7.
Margaritæ.	Ge. 2.	*Coniugis, in gremio monumentum, & pignus amoris*	Ae. 5.
	Ae. 6.	*Causa mali tanti: pauidæ longo ordine matres*	Ae. 12.
	Ae. 10.	*Languentem referunt thalamo, stratisque reponunt.*	Ae. 4.
	Ae. 3.	*Sol ruit interea, cælumq; obtexitur vmbra,*	Ae. 11.
	Ae. 11.	*Nec cessant duri magno sed amore dolores*	Ae. 5.
	Ae. 1.	*Explorare cauas vteri, & tentare latebras.*	Ae. 2.
Nascitur Alexāder, primus Ranutij filius.	Ae. 6.	*Ecce autem primi sub lumina solis Alexis*	Ec. 2.
	Ge. 3.	*Nascitur, ingenti sonuerunt omnia plausu;*	Ae. 5.
	Ge. 4.	*Auditurque tubæ mugire per æthera clangor,*	Ae. 8.
	Ae. 2.	*Exoritur clamorque virum, populusque, patresque*	Ae. 4.
	Ae. 3.	*Lætitia rumpunt has imo pectore voces:*	Ae. 11.
	Ae. 6.	*Venisti tandem demissus ab æthere summo,*	Ae. 12.
	Ec. 2.	*O formose Puer, lætentur vt omnia sæclo.*	Ec. 4.
	Ec. 2.	*Huc adsis, formose Puer, quo ferrea primùm*	Ec. 4.
	Ec. 4.	*Desinet, ac mundo surgent Saturnia regna.*	Ec. 6.
	Ec. 3.	*Iam tibi prima, Puer, nullo munuscula cultu*	Ec. 4.
	Ec. 4.	*Errantes ederas passim cum baccare, acantho*	Ec. 3.
	Ec. 9.	*Fundet humus, flores, & amantes littora myrtos.*	Ge. 4.
	Ge. 2.	*Quin & lacte demum referent distenta capellæ,*	Ec. 4.
	Ec. 4.	*Vbera, nec metuent iras armenta leonum.*	Ae. 7.
Insignia Farnesiorum.	Ec. 2.	*Ecce ferent Nymphæ calathis tibi Lilia plenis,*	Ec. 2

Cæru-

Ge. 4. *Cæruleosque tibi fundent cunabula flores.* Ec. 4.
Ec. 4. *Occidet & serpens, ac herba infecta venenis,* Ae. 7.
Ec. 8. *Sponte sua molli flaues: et campus arista,* Ec. 4.
Ge. 1. *Atque omnis largo pubescet vinea fetu,* Ge. 2.
Ec. 8. *Mala ferent quercus, feret & rubus asper amomum,* Ec. 3.
Ec. 8. *Fraxinus in siluis, abies in montibus altis,* Ec. 8.
Ge. 1. *Ac duræ quercus sudabunt roscida mella.* Ec. 4.
Ae. 3. *Auri sacra fames, scelerata insania belli,* Ae. 7.
Ae. 7. *Iræque, insidiæ, & scissa Discordia palla* Ae. 8.
Ae. 4. *Diffugient, penitusq; datis referentur habenis.* Ae. 11.
Ec. 4. *Tu modò nascenti puero, fortissime Ductor,* Ae. 8. Ranutium intelligit.
Ae. 8. *Flos veterum, virtusque virum, ne desice, rebus* Ae. 6.
Ae. 3. *Fata viam inuenient, aderit rex magnus Olympi.* Ae. 5.
Ae. 9. *Ora puer prima signans intonsa iuuenta,* Ge. 3. Alexander.
Ec. 2. *Sole sub ardenti, gelidique sub ætheris axe,* Ae. 8.
Ae. 8. *Arduus arma tenens, & grandia Lilia quassans* Ec. 10.
Ae. 12. *Nomine Auum referens, animo, manibusque, Britãnos* Ec. 1.
Ae. 8. *Aegyptum, viresque Orientis, Caspia regna* Ae. 6.
Ae. 4. *Imperio premet, ac victis dominabitur Argis.* Ae. 1.
Ae. 5. *Tum genus omne tuum super & Garamantas, & Indos* Ae. 6.
Ae. 6. *Proferet imperium, & cunctis dominabitur oris.* Ae. 3.
Ae. 8. *Talia carminibus celebrant, Natoque Patrique* Ae. 10.
Ae. 1. *Orant vt longè maneat pars vltima vitæ.* Ec. 4.
Ge. 3. *Ergo omni cura (neque enim sine numine diuum)* Ae. 6.
Ae. 1. *Os, humerosq; Deo similis formosus Alexis* Ec. 7. Alexander.
Ae. 12. *Nutritur; teneris qui immulgens vbera labris* Ae. 11.
Ge. 4. *Mores, & studia, & cari præcepta parentis* Ae. 5.
Ae. 3. *Cælicolum regis, longumq; bibebat amorem.* Ae. 1.
Ge. 3. *Ecce autem fumans Coluber mala gramina pastus,* Ae. 2. Diabolus antiquus Serpens.
Ae. 6. *Hortator scelerum Stygijs sese extulit vndis.* Ae. 3.
Ae. 9. *Impastus ceu plena leo per ouilia toto* Ge. 4.
Ae. 4. *Orbe furens, versare dolos ingressus & astu,* Ae. 11.
Ae. 10. *Transijt & Parma. numerum matrumque virumque* Ae. 2.
Ae. 10. *At verò vt vidit solemnes ducere pompas,* Ge. 3.
Ae. 5. *Seruatam ob Sobolem, magnum Iouis incrementum;* Ec. 4.

Dentibus

Ae. 8. *Dentibus infrendens irarum effudit habenas?* Ae. 12.
Ae. 7. *Tum quaßans caput, hos effudit pectore questus:* Ae. 5.
Farnesiam. Ae. 7. *Heu stirpem inuisam, & nigris exosa chelidris* Ge. 2.
Ge. 4. *LILIA, casurasque inimicis ignibus arces!* Ae. 8.
Ge. 2. *Hoc genus acre virum, genus intractabile bello,* Ae. 1.
Ae. 9. *Ediderit tantas strages impunè per orbem* Ae. 9.
Ae. 2. *Nostrorum? iuuenum primos tot miserit Orco?* Ae. 9.
Ge. 3. *Belgarum toties sudarit sanguine littus?* Ae. 2.
Ec. 7. *Et genus immortale manet, multosque per annos* Ge. 4.
Ae. 6. *Fortunata domus, & Aui numerantur auorum?* Ge. 4.
Ec. 2. *Et nunc quod mæstos, & patris honore carentes* Ae. 6.
Ranutium, & Coniugem. Ae. 12. *Ductores ipsos primum capita alta ferentes* Ae. 1.
Ae. 2. *Aspiciens, fatis contraria fata rependens,* Ae. 1.
Ae. 4. *Lenibam curas, & corda, in luce repentè* Ae. 8.
Alexander. Ec. 3. *Aurea progenies cælo demittitur alto,* Ec. 4.
Ae. 1. *Gens inimica mihi? terram, mare, sidera iuro* Ae. 12.
Ranutium, & Alexandrum. Ae. 6. *Perque domos Ditis vacuas, Natumque, Patremque* Ae. 4.
Ae. 2. *Antiquasque domos, & ferro excindere gentem?* Ae. 9.
Ae. 2. *Hæc vbi dicta dedit immani concitus ira* Ae. 9.
Ge. 3. *Lucifer, Alecto dirarum ab sede sororum* Ae. 7.
Ae. 7. *Infernisque ciet tenebris, dehinc talia fatur:* Ae. 1.
Ec. 5. *Tu mihi da propriam, virgo sata nocte, laborem* Ae. 7.
Ae. 12. *Istam operam: ne noster honos, infractaue cedat* Ae. 7.
Ae. 7. *Fama loco: neu fama ingens, ingentior armis* Ae. 11.
Farnesia. Ec. 4. *Cara deum Soboles factis contraria nostris* Ae. 7.
Ge. 2. *Multa virum voluens durando sæcula vincat.* Ge. 2.
Ae. 6. *Deturbare domos, luctu miscere hymenæos,* Ae. 12.
Ae. 7. *Funereasque inferre faces, tu verbera tectis,* Ae. 7.
Ae. 7. *Tu potes vnanimes armare in prælia; contra* Ae. 3.
Ae. 7. *Tu potes vnanimes armare in prælia; contra* Ae. 5.
Ae. 2. *Coniugiumque, domumque, patrem, natumque suorum* Ae. 1.
Ae. 8. *Vnà omnes iuuenum primi, velut agmine facto,* Ae. 1.
Ae. 8. *Coniurent, sæuusque animis ignobile vulgus* Ae. 4.
Ae. 7. *Arma velit, poscatque simul, rapiatque superbis* Ae. 1.
Ge. 4. *Thesauris ignotum argenti pondus, & auri:* Ae. 1.
Ranutius. Ae. 5. *Princeps ante omnes terris iectatus, & alto,* Ae. 1.

Nec

Ae. 11. *Nec miseram effugiat mortem, sed saeuus in armis* *Ae.* 12.
Ae. 4. *Finibus extorris, complexu auulsus Alexis* *Ec.* 2. Alexandri.
Ae. 1. *Auxiliumque oret, videatque indigna suorum* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Funera, seque suo moriens in vulnere verset.* *Ae.* 11.
Ae. 11. *Talibus exarsit dictis: cunctamque repente* *Ae.* 1.
Ae. 10. *Pallida Gorgoneis Alecto infecta venenis* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Parmensem sine more furit lymphata per vrbem:* *Ae.* 7.
Ae. 5. *Nunc hos, nunc illos adit, & serpentibus atris* *Ae.* 4.
Ae. 7. *Pertentat sensus, membris agit atra venena,* *Ge.* 2.
Ae. 7. *Vipeream inspirans animam ossibus implicat ignem,* *Ae.* 7.
Ae. 7. *Mille nocendi artes, animis audacibus implet,* *Ae.* 7.
Ae. 2. *Apparent dirae facies, inimica minantur* *Ae.* 3. Firmatur in Farnesios con iuratio.
Ge. 4. *Exitia, vltricesque sedent in limine Dirae.* *Ae.* 4.
Ae. 6. *Illustres animae, quae vos fortuna quietos* *Ae.* 11. Pathos ad con iuratos.
Ae. 11. *Sollicitat, suadet lacerum crudeliter ora* *Ae.* 6.
Ae. 2. *Natum ante ora patris, patremque absumere ferro* *Ae.* 4. Alexandrum filium, & Ranutium patrē.
Ae. 11. *Ductorem, coluit vestros si semper honores?* *Ae.* 12.
Ae. 7. *Contra fata deum peruerso numine ducti,* *Ae.* 8.
Ae. 7. *O miseri, tantas audetis tollere moles?* *Ae.* 1.
Ae. 12. *O cohibete iras, melior sententia menti* *Ae.* 2.
Ae. 6. *Exurgat: repetens iterumque, iterumque monebo,* *Ae.* 3.
Ae. 3. *Vobis infandum casum fortuna minatur:* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Pro re pauca loquar, pendetis sanguine poenas.* *Ae.* 7. Quod & rei probauit euentus.
Ge. 2. *At coniurati immemores, caecique furore* *Ae.* 2.
Ae. 2. *Accingunt omnes operi, noctisq; per vmbram* *Ae.* 9.
Ae. 2. *Arma parant, dirumque nefas in pectore versant.* *Ae.* 4.
Ae. 8. *Nox erat, & terras animalia fessa per altas* *Ge.* 2.
Ae. 3. *Et volucrum, pecudumque genus sopor altus habebat:* *Ae.* 8.
Ae. 6. *Tandem post varios hominumque vrbisque labores* *Ae.* 2.
Ae. 9. *Princeps incubuit stratis, somnosque petiuit.* *Ae.* 7. Ranutius.
Ae. 2. *In somnis ecce ante oculos densissima silua* *Ge.* 2.
Ae. 4. *Visa Viro, late dumis, atque ilice nigra.* *Ae.* 9.
Ge. 1. *Ipse manu lato crispans hastilia ferro* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Ingreditur: linquunt antrum tum pessima tigris,* *Ge.* 3.
Ae. 7. *Setigerique sues, vrsi, horrentesque leones,* *Ae.* 9.

Terribiles

Ae. 6. *Terribiles visu formæ, fremituque sequuntur* *Ae.* 9.
Ranutium. *Ae.* 1. *A tergo tacitæ per amica silentia Lunæ* *Ae.* 2.
Ae. 12. *Ductorem, veluti lupus insidiatur ouili.* *Ae.* 9.
Ae. 6. *Continuò auditæ voces: fuge, nate, propinquant* *Ae.* 2.
Ge. 2. *Et rabidæ tigres, variarum & monstra ferarum.* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Ille autem ad sonitum vocis vestigia torsit,* *Ae.* 3.
Ae. 12. *Ardentesq; oculorum orbes ad sidera cæli,* *Ae.* 1.
Ae. 8. *Auxilium, aduentumque Dei simul ipse precatus.* Ge. 4.
Ranutij. *Ae.* 9. *Protinus armatus Iuuenis fulgentibus armis* *Ae.* 12.
Ae. 6. *Ipsa sub ora Viri de cælo apparuit ingens,* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Ensis eratque illi stellatus iaspide fulua;* *Ae.* 4.
Ae. 12. *Vectus equo spumante, ore & sic fatus amico est:* *Ae.* 3.
Ae. 2. *Ne dubita, cælum, & terras qui numine torquet* *Ae.* 4.
Ae. 10. *Omnipotens, tibi me claro demittit Olympo:* *Ae.* 4.
Ae. 1. *Sic ait, atque caua vagina diripit ensem,* *Ae.* 10.
Ae. 7. *Et monstris aciem strictam venientibus offert,* *Ae.* 6.
Ae. 12. *Præcipitansque moras omnes genus omne ferarum* Ge. 4.
Ae. 4. *Festinare fugam, & victor dare terga coëgit.* Ge. 4.
Ae. 8. *Tum sic pauca refert: vt te, fortissime, semper* Ge. 4.
Ae. 2. *Defendi, nec te sub tanta pericula missum* *Ae.* 9.
Ae. 7. *Deserui, tutum patrio te limine sistam.* *Ae.* 2.
Ae. 12. *His actis seque ex oculis auertit, & aufert.* *Ae.* 4.
Ae. 10. *Ille autem tali fugientem est voce secutus:* *Ae.* 1.
Ec. 5. *Quæ tibi quæ tali reddam pro munere dona?* *Ae.* 5.
Ae. 4. *Dum memor ipse mei, dum respirare potestas,* *Ae.* 9.
Ae. 9. *Ipse tibi ad tua templa feram solemnia vota.* Ec. 5.
Ae. 4. *Dixerat: atque illum ex tecto lux suscitat alma.* *Ae.* 8.
Ranutius. *Ae.* 4. *Corripit è stratis corpus, tenditque supinas* *Ae.* 3.
Ae. 3. *Ad cælum cum voce manus, superosque precatus:* *Ae.* 5.
Ge. 1. *Dijque, deæque omnes, si quid, pia numina, possunt* *Ae.* 4.
Ae. 11. *Vota, precesq; meæ, tuq; ô Sanctissima Virgo,* *Ae.* 3.
Ae. 10. *Incolumem vos me rebus seruate secundis.* *Ae.* 1.
Ae. 1. *Et iam finis erat, cum hominum, rerumque repertor* *Ae.* 12.
Ae. 1. *Despiciens mare velinolum, terrasque morantes,* Ge. 4.
Ae. 9. *Fertilis Ausoniæ defixit lumina regnis,* *Ae.* 1.

Moxque

Ge. 1. *Moxque illum tales iactantem pectore curas* Ae. 1.
Ae. 1. *Nata patris summi, cæli cui sidera parent,* Ae. 10.
Ae. 5. *Prona petit Maria, atque trahens à pectore vocem* Ae. 1.
Ae. 4. *Talibus aggreditur: rex ò qui hominumq; deumq;* Ae. 1. **Virgo Maria.**
Ge. 4. *Immensis regis imperijs, & fulmine terres;* Ae. 1.
Ae. 2. *Scilicet insignis fama, & felicibus armis* Ae. 7.
Ae. 6. *Dux meus, & teneris immulgens vbera labris* Ae. 11.
Ae. 6. *Natus, & ipse omnis curæ, casusque leuamen,* Ae. 3. **Ranutius.**
Ge. 4. *Haudquaquam ob meritum, laniatus corpore toto* Ae. 6. **Alexander, & Octauius Ranutij filij.**
Ae. 2. *Concidet, ac multo vitam cum sanguine fundet:* Ge. 4.
Ae. 3. *Monstrum horrendum, informe, ingens, in vallibus illis* Ge. 4. **Diabolus.**
Ae. 3. *Infernique lacu (scis ipse, & scire fateris)* Ae. 12.
Ae. 10. *Egit concilium magnum, primosque suorum* Ae. 11.
Ae. 10. *Sternere cæde Virum, ferrumque lacessere suasit.* Ae. 10.
Ge. 1. *Multi conuenere animis, opibusque parati* Ae. 2.
Ae. 9. *Feruere cæde noua, cæsis custodibus arcis;* Ae. 9.
Ge. 1. *Dilecti nati funus crudele videbis?* Ae. 11.
Ae. 11. *Vulneribus pulsum aspicies populumque patremque?* Ae. 4. **Alexandri.**
Ae. 4. *Oro (si precibus locus) hunc defende furorem,* Ae. 10. **Ranutium.**
Ae. 6. *Eripe me his, Inuicte, malis; ipsumque, domumque.* Ae. 8.
Ae. 9. *Auxilio solito serua noctesque, diesque.* Ae. 6.
Ae. 12. *Olli subridens superi regnator Olympi,* Ae. 2.
Ae. 1. *Oscula libauit Natæ, dehinc talibus infit:* Ae. 5.
Ae. 3. *O felix vna ante alias Regina, quod optas* Ae. 1.
Ae. 10. *Hac dabitur dextra, mitte hanc de pectore curam,* Ae. 6.
Ge. 4. *Magnanimum Heroëm, fama super æthera notum,* Ae. 1. **Ranutium.**
Ae. 5. *Nequicquam cernes indigna morte peremptum,* Ae. 6.
Ae. 2. *Nec dulces natos optatæ occumbere morti:* Ae. 2.
Ae. 1. *Hic tibi (fabor enim quando hæc te cura recursat,* Ae. 4.
Ae. 11. *O Virgo, & voluens fatorum arcana mouebo)* Ae. 1.
Ae. 1. *Bellum ingens geret, Italiæ fortissimus Heros,* Ae. 6. **Ranutius.**
Ae. 11. *Ipse hostes, populos insigni laude feroces* Ae. 1.
Ae. 12. *Excindet, moresque viris, & mœnia ponet.* Ae. 1.
Ae. 5. *Ostentans artem pariter formosus Alexis* Ec. 7. **Alexander filius.**
Ae. 1. *Iura dabit, legesq; viris iustissimus vnus.* Ae. 2.

Ge. 4. *Huius erunt artes pacique imponere morem,* Ae. 6.
Ae. 6. *Parcere subiectis, & debellare rebelles,* Ae. 12.
Ae. 7. *Tutari Italiam, detrudere finibus hostes,* Ge. 3.
Ec. 4. *Pacatasque reget patrijs virtutibus vrbes.* Ge. 1.
Ae. 10 *Huic fratres, vlli haud veterum virtute secundi,* Ae. 11.

Ranutius.

Ec. 8. *Iungentur; natosque pater noua bella mouentes* Ae. 6.

Margarita.

Ae. 2. *Aspiciet; partaque ibit sanctissima Coniux* Ae. 11.
Ae. 6. *Felix prole virum, dextra, læuaque frequentum.* Ae. 6.

Odoardus Ranutij secundus filius.

Ae. 2. *Vnus natorum Tyrio conspectus in Ostro* Ge. 3.

Odoardi Cardin. Ranutij fratris.

Ae. 6. *Nomen, & arma, locum Patrui, moresque tenebit.* Ae. 12.
Ae. 7. *Quintus & ille virum magnam Mauortis ad vrbem* Ae. 6.
Ae. 6. *Consulet imperium, magna spes altera Romæ.* Ae. 12.

Quatuor n. hucusque Cardinales Farnesij.
Horatius Ranutij tertius filius.

Ae. 5. *Tertius eximiæ laudis succensus amore,* Ae. 7.
Ae. 10. *Nec genitore minor, si quà fata aspera rumpat,* Ae. 6.
Ae. 12. *Desertorem Asiæ, Lunatis agmina peltis,* Ae. 1.

Turcarum Tyrannum.

Ge. 2. *Eoasque domos, & nigri Memnonis arma,* Ae. 1.
Ae. 12. *Vectus equo sternet Pœnos, Gallumq; rebellem.* Ae. 6.
Ec. 2. *Atque triumphata Capitolia ad alta Corintho* Ae. 6.
Ae. 6. *Victor aget currum medijs in millibus ardens;* Ae. 1.
Ae. 11. *Dextera, consilium huic, habitusque, & Horatia virtus.* Culic.
Ae. 3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab istis,* Ae. 2.
Ae. 7. *Omnia sub pedibus, quà Sol vtrumque reuoluens* Ae. 9.
Ae. 7. *Aspicit Oceanum, non inferiora secuti* Ae. 6.
Ae. 1. *Fortia facta patrum, vertique, regique videbunt.* Ae. 7.
Ae. 1. *Hæc ait, & celerem demittit ab æthere summo* Ae. 12.

Michaelem archangelum.

Ae. 6. *Egregium forma Iuuenem (qui primus ab oris* Ae. 1.
Ae. 12. *Sidereo fragrans clypeo cælestibus olim* Ec. 2.

Diabolum.

Ae. 4. *Monstrum horrendum, ingens Stygias detrusit ad vndas* Ae. 8.
Ae. 8. *Infernas reserans sedes) ac talia mandat:* Ae. 4.

Parmam vrbem, quam Parma fluuius alluit.

Ae. 2. *Ad terram Hesperiam venies, vbi semina, & arua* Ge. 1.
Ae. 2. *Inter opima virum leni fluit agmine Parma,* Ae. 11.

Ranutium.

Ae. 8. *Alloquere bis dictis orantem, arasque tenentem* Ae. 4.
Ae. 2. *Ductorem, & celeres defer mea dicta per auras:* Ae. 4.
Ae. 5. *Conuenere viri diuersis partibus orbis,* Ae. 12.
Ae. 8. *Armati circumsistunt, ipsumque parati* Ec. 7.

Ge. 3. Et genus omne neci spissis dare noctis in vmbris; Ae. 2.
Ae. 2. Hostis habet muros, & ni mea cura resistat Ae. 2.
Ec. 4. Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis. Ae. 2.
Ge. 4. Expedias prima repetens ab origine factum, Ae. 11.
Ae. 6. Qui iuuenes, quanti, quæ vis inimica propinquet. Ae. 12.
Ae. 4. Dixerat: ille Patris magni parere paratus Ae. 2.
Ae. 11. Imperio, septus nebula (mirabile dictu) Ae. 1.
Ae. 6. Axe volat, celeriq́ue ad terram turbine fertur; Ae. 12.
Ae. 1. Remigio alarum claraq́ue in luce refulsit Ae. 1.
Ae. 9. Ductori insurgens oranti, & multa precanti, Ae. 11. Ranutio.
Ae. 10. Atque illi imperium, & cari præcepta parentis Ae. 5.
Ae. 3. Haud dubitanda refert, atque ordine singula pandit. Ae. 6.
Ae. 3. Ergo insperatò tenebris, & carcere cæco Ae. 6.
Ae. 6. Ausi omnes immane nefas vinclisque tenentur. Ge. 4.
Ae. 2. Tempus erat, gelidus canis cum montibus humor Ge. 1.
Ae. 9. Liquitur; auratis aperit cum cornibus annum Ge. 1.
Ae. 2. Taurus; prima nouis cum adolescit frondibus æstas. Ge. 2.
Ae. 2. Iamq́ue dies aderat, qua forti pectore, & armis Ae. 4.
Ae. 1. Vitalis saxo, atque ingenti fragmine montis Ae. 9.
Ae. 11. Obrutus, in cælum paribus se sustulit alis: Ae. 9.
Ae. 5. Exoritur primò læti cum lumine solis Ae. 7.

Dies 28. Aprilis, quo S. Vitalis miles martyrio est coronatus.

Ae. 5. Ipsis præcipuis Ductoribus altera proles. Ae. 12.
Ae. 1. Extemplò festa velantur fronde per vrbes Ae. 2.
Ec. 5. Ipsi lætitia pueri, innuptæq́; puellæ; Ae. 2.
Ge. 4. Auditur clamorque virum, clangorque tubarum, Ae. 2.

Nascitur Odoardus Vitalis secundus Ranutij filius.

Ae. 11. Certatim crebris collucent ignibus ædes; Ae. 12.
Ae. 1. Fit strepitus, noctem flammis funalia vincunt; Ae. 1.
Ae. 7. Per medias vrbes itur fulgentibus armis, Ae. 6.
Ec. 5. Non secus instructi ferro, quàm si aspera Martis Ae. 12.
Ae. 12. Pugna vocet; nec non sonitus imitatur Olympi Ae. 6.
Ae. 9. Ore vomens ignes donum exitiale Mineruæ. Ae. 2. Bombarda.
Ae. 6. Matres, atque viri, paruoque assueta iuuentus Ae. 9.
Ae. 6. Tandem lætitia voces ad sidera iactant: Ec. 5.
Ec. 8. Nascere vera Iouis proles, decus addite diuis; Ae. 8.
Ae. 7. Cura tibi primo depulsus ab vbere matris, Ge. 3.

Odoardi vitalis religio, studia, honores, & onera.

Ae. 5. Parue puer, diuum effigies, & templa tueri. Ae. 7.
Ae. 1. Incumbes pariter diuinæ Palladis arti Ae. 2.
Ec. 2. Assiduè, veterum voluens monumenta virorum. Ae. 3.
Ge. 3. Te quoque musarum comitem, cui carmina semper Ae. 9.
Ae. 9. Et cithara cordi, custos Soractis Apollo Ae. 11.
Ae. 7. Insignem dabit, & magna inter præmia ducet. Ae. 12.
Ec. 4. At tibi Graiorum sacrata resoluere Iura Ae. 2.
Ae. 12. Fas erit, atque omnes sanctos recludere fontes: Ge. 2.
Ge. 4. Admiranda tibi facto prudentia maior. Ge. 1.
Ae. 6. Te quoque magna manet fulgenti murice Vestis, Ae. 9.
Ae. 9. Nec longum in medio tempus. Regnator Olympi Ae. 7.
Ae. 1. Intus aget Deus, atque opera ad maiora remittet. Ae. 12.
Ae. 9. Omnia longæuo similem vocemque, manusque Ae. 6.

Paulo III. Pōtifici opt. max. Apostolica.

Ae. 6. Quin & Auo comitem te addens ad Tibridis vndam Ae. 7.
Ae. 3. Pastorem sacra longæuum in Sede locabit. Ae. 2.
Ae. 4. Felix, ò nimium felix, pulcherrima Roma, Ge. 2.
Ae. 7. Hic Pater est tibi quem promitti sæpius audis, Ae. 6.
Ae. 6. Hic rem Romanam Romana palatia seruans Ge. 1.
Ae. 6. Lustrabit studio recolens, opibusque iuuabit Ae. 1.
Ae. 1. Consilia in melius referet, ritusque sacrorum. Ae. 12.
Ae. 6. Huius in aduentu Capitoli immobile saxum Ae. 9.
Ae. 12. Vertice se attollens, inter viburna cupressi Ec. 1.
Ec. 1. Quantum lenta solent, caput inter nubila condet. Ae. 10.
Ae. 12. Sancta fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus Ae. 1.
Ae. 1. Iura dabunt, nomenq; tuum, laudesque manebunt. Ae. 1.
Ae. 8. Quare agite, o iuuenes, tantarum in munere rerum Ge. 4.
Ec. 7. Nymphæ noster amor, præstanti corpore Nymphæ Ae. 1.
Ae. 8. Cingite fronde comas, iuuat indulgere choreis, Ae. 9.
Ec. 5. Spargite humum folijs, manibus date Lilia plenis, Ae. 6.
Ae. 8. Communemque vocate Deum natisque, patrique Ae. 6.
Ge. 4. Placatum, vt regno, atque optata luce fruantur. Ae. 4.

Octauo die Iulij nascitur Horatius tertius Ranutij filius.

Ae. 3. Tertia sed postquam proles pulcherrima bello Ae. 7.
Ae. 5. Visa, maris facies, omnes, populusque, patresque Ae. 9.
Ge. 1. (Septima post primam stellas oriente fugarat Ae. 5.
Ae. 7. Orta dies, gelidam & cælo dimouerat vmbram, Ae. 11.

Regalis

Ae. 1. *Regalis Mensis, cui nunc cognomen Iulo)* Ae. 1.
Ae. 4. *Incedunt præter solitum dulcedine læti,* Ge. 1.
Ae. 5. *Agmine partito fulgent cantare periti,* Ec. 10.
Ae. 4. *Fronde premunt crinem primæuo flore iuuentus,* Ae. 7.
Ec. 7. *Et pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.* Ae. 6.
Ge. 4. *Tum sonus auditur grauior, vatesque virique* Ae. 6.
Ec. 9. *Cantando Puerum læto clamore salutant:* Ae. 3. Horatium.
Ae. 8. *Salue vera Iouis proles, nomenque decusque* Ae. 2.
Ae. 11. *ORATI (viuis quem non virtutis egentem* Ae. 11. Horatij Castri ducis, Octauij fratris.
Ae. 6. *Abstulit atra dies errantum ad flumina Gallum)* Ec. 6.
Ae. 6. *Factaque, fortunasque, humeros, dextramq; tenebis.* Ae. 9.
Ec. 10. *Tu procul à patria cinctus fulgentibus armis* Ae. 11.
Ge. 3. *More patrum quantas acies, stragemque ciebis!* Ae. 6.
Ae. 6. *I decus i nostrum sæuo te credere Marti.* Ae. 11.
Ae. 10. *Cernis vt insultet Septem subiecta trioni* Ge. 3.
Ge. 3. *Gens effræna virum Stygys emissa tenebris:* Ge. 3.
Ae. 3. *Threicij regis sulcat maria alta carina,* Ae. 10.
Ae. 10. *Sub quo mille manus iuuenum, qui ad littora tendunt* Ae. 2.
Ae. 10. *Ausoniæ magnæ, mortem, præsensque minantur* Ae. 12.
Ae. 12. *Exitium, si quisquam adeat, terrentque Latinos.* Ae. 10.
Ae. 10. *Obuius ire para sceleratam excindere gentem,* Ae. 9.
Ae. 11. *Morte luat merita patriæ communis Erinnys.* Ae. 2.
Ae. 3. *Bello armantur equi, iuuenum manus emicat ardens,* Ae. 9.
Ae. 5. *Intenti expectant signum, quo protinus omnes* Ae. 7.
Ge. 2. *In quascunque voces pelago deducere terras,* Ae. 2.
Ae. 11. *Exultatque animis, & spe iam præcipit hostes.* Ge. 3.
Ae. 9. *Arma ferunt Italæ classes, populique Latini* Ae. 7.
Ae. 7. *Agmina densantur ducibusque, & viribus æquis;* Ae. 10.
Ae. 7. *Rex genus egregium crepitans vocat Auster in altum* Ae. 3. Rex Austriacus.
Ae. 11. *Aude, atque aduersos fidens fer pectus in hostes.* Ae. 2.
Ge. 1. *Maximus ipse Pater animos, viresque secundas* Ae. 2.
Ge. 2. *Sufficiet, requiem pugnæ, rebusque salutem.* Ae. 12.
Ec. 2. *Aspice iam fama totum vulgata per orbem* Ae. 1.
Ae. 10. *Facta patrum, laudes totiusque ordine gentis,* Ge. 4.
Ae. 5. *Vnde genus ducis, genus insuperabile bello,* Ae. 4.

Octauium, & Alexandrum Duces Farnesios.

Ge.	4.	*Magnanimosque Duces, geminos duo fulmina belli,*	Ae. 6.
Ae.	6.	*Sublimes animas, iterumque hanc aspice gentem,*	Ae. 6.
Ae.	6.	*Romanosque tuos, atque hac exempla secutus*	Ge. 4.
Ge.	3.	*Rumpe moras, pelagoq; volans da vela patenti,*	Ge. 2.
Ae.	6.	*Insuetum per iter fas extera quærere regna,*	Ae. 4.
Ae.	8.	*Ignotas tentare vias: sed facta Parentis* (Ranutij.)	Ec. 4.
Ge.	1.	*Profuerit meminisse magis, dextramque potentem;*	Ae. 7.
Ae.	6.	*Aspice vt insignis tela inter Martia quantum*	Ec. 10.
Ae.	6.	*Exurgit, victorque viros supereminet omnes,*	Ae. 6.
Ge.	2.	*Et regno Italiæ primos sibi poscit honores.*	Ae. 11.
Ge.	3.	*Ergo omni studio laudum perculsus amore*	Ae. 9.
Ae.	3.	*Palladis armisonæ iuuet indulgere labori,*	Ae. 2.
Ae.	6.	*Imperium terris, spolijs Orientis onustus,*	Ae. 1.
Ae.	4.	*Dijs equidem auspicibus, animos ęquabis Olympo.*	Ae. 6.
Ae.	10.	*Hæc memorant; tacitum pertentant gaudia pectus,*	Ae. 1.
Ae.	2.	*Cuncta sonant, vocisque offensa resultat imago.*	Ge. 4.
Ae.	11.	*O fortunatæ gentes terraque marique!*	Ae. 10.
Ae.	3.	*Viuite felices, hominum sator, atque deorum*	Ae. 1.
Ae.	9.	*Vobis ter læto descendit plurimus imbri:*	Ec. 7.
Ae.	10.	*Quod votis optastis, adest pulcherrima proles* (Tres Principes Ranutij filij.)	Ae. 6.
Ae.	4.	*Tergemina, ac toto surgit gens aurea mundo.*	Ec. 4.
Ae.	3.	*Vobis parta quies, omnis feret omnia tellus,*	Ec. 4.
Ge.	1.	*Liber, & alma Ceres socia simul vrbe fruentur;*	Ae. 3.
Ec.	3.	*Frigidus & serpens, & fallax herba veneni*	Ec. 4.
Ae.	11.	*Non erit; Assyrium vulgo nascetur amomum;*	Ec. 4.
Ec.	5.	*Grandia non magnos metuent armenta leones;*	Ec. 4.
Ae.	1.	*Claudentur belli portæ, Iouis omnia plena.*	Ec. 3.
Ae.	5.	*Ergo agite, & cuncti lætam celebrate fauentes*	Ae. 8.
Ge.	4.	*Progeniem, quocunque dabunt se tempore vires.* (Farnesiam.)	Ae. 4.
Ae.	10.	*Te quoque magnanimæ gentes, te carmine dicant* (Apostrophe ad Ranutium.)	Ge. 2.
Ae.	11.	*O decus Italiæ, atque Italum fortissime Ductor;*	Ae. 8.
Ae.	6.	*Missus in imperium, magni sceptrisque potitus*	Ae. 3.
Ge.	1.	*Ipse Patris, magnorum haud vnquam indignus auorũ,*	Ae. 12.
Ge.	4.	*Per populos das iura, & seruantissimus æqui*	Ae. 2.
Ae.	11.	*Ipsos, quos ardens euexit ad æthera virtus,*	Ae. 6.

Muneribus

Ae. 5. *Muneribus cumulas magnis: iustissimus vnus* Ae. 7.
Ae. 8. *Cælorum immemores, turpiq; cupidine captos* Ae. 4.
Ae. 6. *Castigasque, audisq; dolos, & carcere frenas.* Ae. 1.
Ge. 4. *Te veniente fuga glomerant, montesque relinquunt* Ae. 4.
Ae. 2. *Raptores atra in nebula, dant terga per agros* Ae. 12.
Ae. 6. *Gorgones, Harpyiæ, flammisque armata Chimæra,* Ae. 6.
Ge. 1. *Ac metus, & malesuada fames, & turpis egestas:* Ae. 6.
Ae. 6. *Nec vim tela ferunt, tuta latet arce viator,* Ae. 10.
Ec. 3. *Nec lupus insidias explorat ouilia circum,* Ge. 3.
Ge. 3. *Nec gregibus nocturnus obambulat: arte magistra* Ae. 12.
Ae. 1. *Ignauum fucos pecus à præsepibus arces;* Ec. 2.
Ae. 8. *Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministras.* Ae. 11.
Ge. 2. *Quid maiora sequar? miserantem incommoda nostra* Ae. 8.
Ae. 12. *In te oculos referunt puerique parentibus orbi,* Ae. 11.
Ae. 7. *Et trepidæ matres: tua terris didita fama.* Ae. 8.
Ae. 1. *Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egentes* Ae. 7.
Ae. 1. *Vrbe, domo socias, mærentia pectora mulces,* Ae. 1.
Ae. 12. *Tu requies miseris: quæ te tam læta tulerunt* Ae. 1.
Ec. 3. *Tempora? qui tanti talem genuere parentes?* Ae. 1.
Ge. 2. *O fortunatos nimium populumque patresque,* Ae. 4.
Ec. 4. *Te Duce qui magnis agitant sub legibus æuum,* Ge. 4.
Ge. 4. *Omnibus vna quies operum, Saturnia regna!* Ec. 4.
Ae. 5. *Quod superest, oro, susceptum perfice munus,* Ae. 6.
Ae. 1. *Perge modo, & quà te ducit via dirige gressus,* Ae. 12.
Ae. 7. *Imploraque deos, & sanctum Sidus adora* Ae. 2. Mariā Virginē Maris Stellam.
Ae. 4. *Oceani iuxta, quoniam est oblata facultas,* Ge. 4.
Ae. 5. *It clamor cælo: accurret primusque Minorum* Ae. 9. D. Franciscus dux fratrum Minorum.
Ge. 1. *Ipse Pater, cui tanta Deo permissa potestas,* Ae. 9.
Ae. 5. *Nec non & Socius, cui aperitur vertice Sidus:* Ae. 8. D. Dominicus, in cuius frōte pingitur Stella.
Ae. 4. *Nec tibi diua Parens, & pulcro pectore Virgo* Ae. 3.
Ae. 6. *Vsquam aberit, cursusque dabit, venerata secundos.* Ae. 3.
Ae. 7. *Nec te carminibus, Iuuenis, memorande silebunt* Ae. 10.
Ae. 4. *Interea, OCTAVI, magna modulante Thalia,* Culic. Ad Octauium Farnesiū Apostrophe.
Ae. 10. *Quandoquidem pulcro veniens in corpore virtus* Ae. 5.
Ge. 3. *Singula peruolitat late loca, iamque sub auras* Ae. 8.

	Ae. 8.	*Erigitur, summique ferit laquearia cæli.*	*Ge.* 1.
	Ae. 12.	*O præstans animi Iuuenis, formosus Apollo*	*Ec.* 4.
Grammaticam intelligit.	*Cir.*	*Prima rudimenta, & veterum monumenta virorum*	*Ae.* 8.
	Ec. 2.	*Te docuit, multaque insignem reddidit arte.*	*Ae.* 5.
Rhetoricam.	*Ae.* 11.	*Insignis longe semper tibi copia fandi,*	*Ae.* 11.
Poësim.	*Ae.* 9.	*Verborumque fides: & te fecere poëtam*	*Ec.* 8.
	Ec. 4.	*Sicelides Musæ, dulces ante omnia Musæ.*	*Ge.* 2.
Arithmeticam & Geometriam.	*Ae.* 4.	*Enumerare vales dimensum partibus orbem;*	*Ge.* 1.
	Ae. 6.	*Aspectus Solis varios, Lunæq; labores*	*Ge.* 2.
Astrologiam.	*Ae.* 3.	*Agnoscis, cælique vias, & sidera monstras;*	*Ge.* 2.
	Ae. 1.	*Vnde hominum genus, & pecudes, vnde imber, & ignis*	*Ec.* 7.
	Ec. 8.	*Atque tremor terris, qua vi maria alta tumescant;*	*Ge.* 2.
	Ec. 5.	*Cur tantum Oceano properent se tingere soles*	*Ge.* 2.
	Ec. 3.	*Cum glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas,*	*Ae.* 3.
	Ge. 2.	*Rura gelu; vel quæ tardis mora noctibus obstet.*	*Ae.* 1.
Aristoteles.	*Ae.* 12.	*Ipse suas artes, sua munera lætus Aristas*	*Ec.* 1.
	Ae. 5.	*Donat habere, quibus cælo te laudibus æquet:*	*Ae.* 11.
Alludit ad librum de tripli ci Philosophia quem composuit, & ab arguentibus publice in maiori templo Parmæ maximo cum honore defendit Octauius.	*Ge.* 4.	*Nam quis te iuuenum melius cælique meatus,*	*Ae.* 6.
	Ae. 9.	*Ante annos potuit naturæ accedere partes*	*Ge.* 2.
	Ae. 8.	*Tergeminæ, & causas penitus tentare latentes,*	*Ae.* 3.
	Cir.	*Naturas rerum magnoque intexere libro?*	*Ge.* 2.
	Ae. 12.	*Conspectu in medio procerum, & testudine templi*	*Ae.* 1.
	Ae. 12.	*Altior insurgens, & respondere paratus*	*Ec.* 7.
	Ae. 7.	*In dubijs responsa petentibus illa dedisti*	*Ae.* 12.
	Ae. 5.	*Omnibus, hi primis vt te mirentur ab annis*	*Ae.* 8.
	Ae. 12.	*Egregium Iuuenem nil magnæ laudis egentem.*	*Ae.* 5.
Magister Petrus martyr Festa ord. præ dic.	*Ae.* 7.	*Hic & tum pater ipse petens responsa Magister*	*Ae.* 1.
	Ae. 8.	*Relligione sacer, & Festa fronde reuinctus*	*Ae.* 4.
	Ae. 9.	*Obstupuit, magno & laudum comitatus honore.*	*Ae.* 11.
Liber enim de triplici philosophia Paulo V. Pontifici dicatus fuit.	*Ae.* 3.	*Quæcunque in folijs descripsit, maximus orbis*	*Ge.* 1.
	Ae. 5.	*Ipse Gubernator Tiberini ad fluminis vndam*	*Ae.* 10.
	Ae. 4.	*Conspexit Paulus, iuuenili in corpore vires,*	*Ae.* 5.
	Ge. 1.	*Ingenium, antiquam virtutem, animosque viriles,*	*Ae.* 3.
	Ae. 10.	*Hoc virtutis opus multo compellat honore.*	*Ae.* 3.
	Ae. 9.	*Macte noua virtute, Patris iustissima cura,*	*Ae.* 10.

Hic

Ae.	3. *Hic labor extremus? iuuat indulgere labori*	*Ae.*	6.
Ae.	7. *Legum, digna manet diuini gloria Iuris:*	Ge.	1.
Culic.	*Talibus in studijs magnum, & memorabile nomen*	*Ae.*	4.
Ae.	2. *Accipies, sunt hic etiam sua præmia laudi.*	*Ae.*	1.
Ae.	9. *Tu tamen interea hæc manuum monumenta mearum*	*Ae.*	3.
Ec.	8. *(A te principium, tibi desinet) accipe votis*	Ec.	5.
Ec.	8. *Carmina cœpta tuis, longum & testentur amorem*	*Ae.*	3.
Ge.	3. *SPADI, ni refugis tenues cognoscere curas.*	Ge.	1.
Ae.	7. *In mare dum fluuij current, dum montibus vmbræ*	*Ae.*	1.
Ae.	1. *Lustrabunt conuexa, polus dumque astra tenebit,*	*Ae.*	5.
Ae.	8. *Semper honore, meo semper celebrabere versu.*	Ec.	6.

F I N I S.

ALEXIS.

Ecloga in nuptijs perilluſtrium D. D.

Iulij Stanghæ, & Aureliæ Trecchæ

Patriciorum Cremonenſium.

PERILLVSTRIBVS, omni virtutum genere ornatiſsimis, generoſiſsimis, magnanimisque D. D. Iulio Stanghæ, & Aureliæ Trecchæ feliciſsimis Coniugibus hāc ex Virgilio Eclogam ſingularis declarandæ beneuolentiæ, amoris, ac obſeruantiæ ergò Donat, Dedicat, Conſecratque: Atque tum animi, tum corporis ſalutem plurimam, & ęternam, vnà cum feliciſsimo omnium conatuum ſucceſſu à Deo opt. max. ex toto corde precatur, & exoptat, F. Io. Baptiſta Spadius à Florentiola Lector Theologus Dominicanus.

ALEXIS.

Ecloga in nuptijs

Iulij Stanghæ, & Aureliæ Trecchæ

Patriciorum Cremonensium:

Ille Damonis, ista autem Deiopeiæ personam sustinet.

Ec. 8.	I *Ncumbens tereti D*	A *mon viuacis oliuæ*	Ge. 2.
Ae. 9.	V *enatu assiduo, hac est*	V *dit pectore dicta*	Ae. 7.
Ae. 12.	L *ætitia exultans: nemo*	R *um Latonia custos,*	Ae. 9.
Ec. 8.	I *mprobus ille puer, Ven*	E *ris iustissima cura,*	Ae. 10.
Ge. 3.	V *ulneribus crebris, cæ*	L *i de parte serena*	Ae. 9.
Ge. 3.	S *ollicitat, suadetque an*	I *mos submittere amori.*	Ae. 4.
Ae. 9.	E *st hæc, est quæ nunc*	A *nimo sententia surgit,*	Ae. 1.
Ae. 10.	T *ela mihi, ex humero son*	E *t arcus, & arma Dianæ.*	Ae. 11.
Ae. 10.	A *udijt illa Deus, qui*	T *ela Typhoëa temnit:*	Ae. 1.
Ae. 11.	V *tque volans alte*	I *uuenem fulgentibus armis*	Ae. 11.
Ae. 5.	R *ESPEXIT, cur*	V *o direxit spicula cornu;*	Ae. 7.
Ae. 2.	E *cce hæsit Iuuenis*	L *ateri lethalis arundo.*	Ae. 4.
Ge. 3.	L *abitur infelix magno*	I *nflammatus amore.*	Ae. 3.
Ae. 5.	I *llum autem forma p*	V *lcherrima Deiopeia*	Ae. 1.
Ge. 4.	A *rdebat, requieq; petit*	S *patiumque furori,*	Ae. 4.
Ge. 3.	S *tare loco nescit.*	S *ubita spe feruidus ardet*	Ae. 12.
Ae. 3.	P *ost Iuuenis, qui animũ*	P *ræsenti pignore firmat:*	Ae. 3.
Ae. 2.	O *dulcis coniux, quand*	O *hæc te cura remordet,*	Ae. 1.
Ae. 5.	N *unc Hymenæus erit.*	N *on aduersata petenti*	Ae. 4.
Ae. 7.	S *epsit se tectis; licito*	S *ermone fruuntur,*	Ae. 8.
Ae. 7.	I *dẽ oẽs simul ardor ag*	I *t, thalamoque morantur.*	Ae. 7.
Ae. 10.	S *ic fatus, tardis ingen*	S *ubi flexibus errat*	Ge. 2.
Ge. 1.	F *luuiorũ rex Eridanus,*	F *ormosus Alexis.*	Ec. 7.

Oratio

ORATIO DOMINICA.

Ad Virgilium Spadium.

Ae. 10.	*OMnipotens Genitor, primus qui legibus Orbem*	*Ae.* 6.
Ae. 1.	*Aeternis regis in cæli regione serena,*	*Ae.* 8.
Ec. 8.	*A te principium, primos sibi poscat honores*	*Ae.* 11.
Ae. 7.	*Nomen in astra tuum, magnum, & memorabile nomē.*	*Ae.* 4.
Ae. 6.	*Imperium terris veniat, quo tu quoque gaudes.*	Ec. 3.
Ae. 6.	*Noctes, atque dies pateat tua magna voluntas.*	*Ae.* 12.
Ae. 8.	*Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministra*	*Ae.* 11.
Ae. 8.	*Nobis, si qua manent sceleris vestigia nostri*	Ec. 4.
Ge. 3.	*Tolle; in te suprema salus, miserere tuorum,*	*Ae.* 12.
Ae. 8.	*Non secus ac feßos opibus solamur amicis*	*Ae.* 5.
Ae. 1.	*Ipsi hostes. tuque ò dubijs ne defice rebus*	*Ae.* 6.
Ae. 10.	*Dum furit, incautis & vis inimica propinquat.*	*Ae.* 12.
Ae. 6.	*Eripe nos, inuicte, malis; mortalibus ægris*	Ge. 1.
Ae. 11.	*Nulla salus bello, pacem te poscimus. Amen.*	*Ae.* 3.

SALVTATIO ANGELICA

Ad eundem.

Ae. 5.	*SAlue Sancta Parens, iterum salue, optima Mater*	*Ae.* 10.
Ae. 12.	*Virtute exuperans (veteris stat gratia facti)*	*Ae.* 4.
Ae. 10.	*Omnipotens habitet tecum, & sit pectore in isto.*	*Ae.* 9.
Ae. 3.	*O felix vna ante alias lectißima matres!*	*Ae.* 9.
Ae. 4.	*Ipse Deus pulcra faciet te Prole Parentem,*	*Ae.* 1.
Ae. 10.	*Implebitque sinum Deus æthere mißus ab alto.*	*Ae.* 4.
Ae. 6.	*Læta Dei partu, Genitrix pulcherrima, mitte*	*Ae.* 12.
Ae. 8.	*Nobis auxilium; cœloque, Ereboque potentem*	*Ae.* 6.
Ge. 4.	*Orando flecte, & propius res aspice nostras*	*Ae.* 1.
Ae. 2.	*Nunc felix, nostrumque leua quemcunque laborem*	*Ae.* 1.
Ae. 1.	*Tunc, cum frigida mors anima seduxerit artus.*	*Ae.* 4.

Symbolum

Symbolum Apostolorum.

Ad Bernardinum Spadium.

Ae. 9. IN *te, qui maria, ac terras, cælumque profundum* *Ae.* 1.
Ae. 2. *Fecisti, atque globum lunæ, Titaniaque astra* *Ae.* 6.
*Ae.*10. *Omnipotens GENITOR, pariter fortissime, Credo.* *Ae.*10.
Ae. 2. *Atque in te omnipotens (longum miserate dolorem* *Ae.* 4.
*Ae.*12. *Antiquæ prolis, genus à qua principe nostrum)* *Ae.* 3.
Ae. 1. *NATE Patris summi, quem pulcro pectore VIRGO* *Ae.* 3.
Ae. 7. *Mista Deo mulier sub luminis edidit auras.* *Ae.* 7.
Ae. 6. *Monte sub aërio hic olim voluentibus annis* *Ae.* 1.
Ae. 6. *Ora, manusq; ambas, laniatus corpore toto,* *Ae.* 6.
Ae. 9. *Transfossus Ligno vitam cum sanguine fudit,* *Ae.* 2.
Ae. 5. *Vnus pro multis indigna morte peremptus.* *Ae.* 6.
Ae. 5. *Successit tumulo, atque Erebi descendit ad vmbras.* *Ae.* 6.
Ae. 3. *Tertia lux Inferni ad lumina surgere vitæ* *Ae.* 6.
*Ae.*10. *Indutum spolijs ipsum conspexit apertè.* *Ae.*12.
Ae. 2. *Vulnera qui illa gerens, quæ plurima Monte sub alto* *Ae.*11.
Ae. 2. *Accepit patrio, medijs in millibus ardens* *Ae.* 1.
*Ae.*10. *Sideream in Sedem terris, cælumque volauit.* *Ae.* 4.
Ae. 3. *Is Patris ad dextram sedet, æternùmque sedebit.* *Ae.* 6.
Ae. 3. *Idem venturus casus cognoscere nostros,* *Ae.* 2.

Dictaque,

Ae. 4.	*Dictaque, fortunasque virum, moresque, manusque.*	*Ae.* 6.
Ae. 11.	*Atque in te inuisens Credo cælestibus auris,*	*Ae.* 1.
Ec. 4.	*SPIRITVS, & resides animos, desuetaque corda.*	*Ae.* 1.
Ae. 8.	*Romuleamque vnam ex Socijs, sacramque Caterua m:*	*Ae.* 11.
Ec. 1.	*Et Fontes sacros: illum præque omnibus vnum*	*Ae.* 3.
Ge. 3.	*Tollentem insidias, & crimina noxia cordi:*	*Ae.* 7.
Ae. 4.	*Credo equidem, nec vana fides, exire sepulcris*	*Ec.* 8.
Ge. 4.	*Matres, atque viros, defunctaque corpora: Vitam,*	*Ae.* 4.
Ae. 6.	*Æternumque locum cæli in regione serena.*	*Ae.* 8.

Epitaphium Petri à Porta Placentini Poëtæ Laureati.

Ge. 3.	*PRimus ego in patria redimitus tempora lauro,*	*Ae.* 3.
Ge. 4.	*Eridanus tardis ingens vbi flexibus errat,*	*Ge.* 3.
Ae. 6.	*Noctes atque dies cecini sub tegmine fagi*	*Ge.* 4.
Ae. 9.	*Magnanimū Heroū laudes, & facta parentum.*	*Ec.* 4.
Ae. 5.	*Quæ docui, veterum voluens monumenta virorum,*	*Ae.* 3.
Ae. 11.	*Ante oculos, interque manus sunt omnia mundi.*	*Ge.* 2.
Ae. 10.	*Stat sua cuique dies, ad cælum hinc ire putandum est*	*Ae.* 6.
Ae. 6.	*Sublimes animas per tot discrimina rerum.*	*Ae.* 1.
Ae. 5.	*Me quoque post varios hominumque, vrbisque labores*	*Ae.* 2.
Ae. 10.	*Sideream in sedem Rex omnipotentis Olympi*	*Ae.* 12.
Ae. 2.	*Transtulit, æternumque tenet per sæcula nomen.*	*Ae.* 6.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. D. D.

CLAVDIVM RANGONVM EPISCOPVM PLACENTIAE, & Comitem.

Ec. 4. SICELIDES *Musæ, tot iam labentibus annis,* Ae. 2.
Ge. 2. *Carminibus patrijs laudes, & facta* PARENTIS Ec. 4.
Ge. 2. CONRADI, *antiquam virtutem animosque viriles,* Ae. 3.
Ge. 4. *Mores, & studia, in populis miracula rerum,* Ge. 4.
Ae. 1. *Littore Trinacrio, cecinerunt omnia vates.* Ae. 5.
Ec. 5. *Hæc eadem demum collectis omnibus vnà,* Ae. 2.
Ge. 4. *Eridanus tardis ingens vbi flexibus errat,* Ge. 3.
Ae. 11. *Rettulit in melius longa cum veste Sacerdos* Ae. 6.
Ae. 6. CAMPVS, *cui virtus, animusque in pectore præsens.* Ae. 5.
Ec. 4. *Ipsa tibi, ò famæ meritò pars maxima nostræ,* Ge. 2.
Ec. 5. *Formosi pecoris fidusque ad limina Custos,* Ae. 9.
Ec. 3. CLAVDI, *iam famà totum vulgata per orbem,* Ae. 1.
Ae. 5. *Donat habere sui monumentum, & pignus amoris.* Ae. 3.
Ae. 6. *Ergo altè vestiga oculis venerabile donum,* Ae. 6.
Ae. 7. CLAVDI, *nam quæ sit poteris cognoscere virtus:* Ec. 4.
Ae. 9. *Autorem & studijs florentem nobilis oci* Ge. 4.
Ae. 6. *Noctes atque dies ingens tua protegat vmbra.* Ge. 2.

Petrus Maria Cāpus Canonicus Placētinus D Conradi vitā descripsit, quæ Episcopo Rangono dicata fuit.

FINIS.

INDEX CENTONVM,

Qui in hoc volumine continentur, eo ordine, quo ab Auctore conscripti fuere.

In compendiarijs horum Centonum notis, quas singulis Carminibus vtrinque adscripsimus,

Ec.		*Eclogam.*
Ge.		*Georgicorum librum.*
Ae.		*Aeneidos librum.*
Cir.	*significat*	*Cirim.*
Culic.		*Culicem.*
Mo.		*Moretum.*
V. B.		*Virum bonum.*

Quæ opera omnia à Pub. Virgilio Marone fuisse composita nemini non est compertum.

Iosephus Folianus Lectori S.

VIDES, Lector humanisſime, recens hoc Centonum ex Virgilio volumen vnius Auctoris luſu potius, & otio, quàm ſtudio, aut negotio confectum? eam magnitudinem reliqui ſuperiorum auctorum Centones omnes vnà fortaſſe non aſſequantur. Lege, ac perlege: Nocturna verſare manu, verſare diurna, vt inquit ille, tibi erit periucundum. In hoc verò laborioſiſſimo, ac verè admirabili artificio, duo ſunt, quæ eorum editioni inuigilantibus viſum eſt nec importunum, nec intempeſtiuum fore, ſi admonereris; alterum quidem de Auctore; alterum verò de opere, atque vtrumque ſanè admodum neceſſarium. ac primum de Auctore, patere quæſo me hoc loco illud teſtari, quod ſæpius maximè ſum admiratus; & cuiuis incredibile videatur. ille enim licet grauiſſimis ſtudijs, ac duobus aſſiduis muneribus, vt pote Theologiam profitendi, & in ſanctæ Inquiſitionis officio vices gerendi eſſet implicatus: tamē cum interdum æſtiuo præſertim tempore in amœna poëtarum viridaria, & Virgilij potiſſimùm diuerteret, ludens, ac pænè aliud agens hæc poëmatia pāgebat. hoc ego de P. F. Io. Baptiſta Spadio, viro religioſiſſimo, & eruditiſſimo ſic affirmare prorſus poſſum, quòd cum perſæpe, & officij, & animi gratia eum conuenirem; adfui, vidi Centones concinnantem, rei felicitate obſtupui: lætatusque ſum, quòd ei Virgiliana carmina quaſi vltrò deſeruirent; &, quod alij pænè, immò planè omnes adhibito ſtudio, ac labore ſe præſtituros polliceri non auderent; illi tam facile ex ſentētia ſuccederet. non enim poſt multos labores, poſt ſudores, & lacrymas opus extabat: ſed quas diei partes alij plerique ſomno, aut ludis tribuunt, dum ipſe cum

Virgilio falleret, ſucciſiuaſque magni æſtus horas cum virtute exigeret; Virgiliana hemiſtichia tanquam ad digiti crepitum præſto erant, quibus tam lepidè, & eruditè ſententias diſponebat, vt Virgilius ipſe, alius factus, prope nitidior videretur. quod ſi Antonius Poſſeuinus multiplici vir inſignis eruditione Lælium, & Iulium Capilupos mirabiles appellat, eorumque Centones veteribus anteponés laudibus extollit; profectò, ſi Spadianos luſus vidiſſet, non omnem laudem Capiluporum ſtudio adiudicaturum fuiſſe crediderim. neque L. Fuluius Vrſinus, qui Lælij Capilupi felicitatem in hoc ſcriptionis genere teſtatur, & admiratur; ſi recentes hos fetus videat, eorum auctori calculum denegaret. De opere autem illud admonendus videris, nonnulla eſſe in hiſce Centonibus quorum cauſa ipſe auctor eius artificij ignaris plus ſibi ſumpſiſſe licentiæ, quàm ceteri, cum tamen multo minus ſumpſerit, videatur. immò ſi ratio diligenter ſubducatur, & opera comparentur, ille non omnia, quæ vſurparunt alij, ſibi licere arbitratus eſt, qui vel arctiorem ſibi legem præſcripſerit. quippe cum in alienis Centonibus non modò integri verſus legantur, ſed hemiſtichia quoque ijs adnectantur: Spadius autem quò recentior, eo ingenioſior, ne verſum quidem integrum in tanto volumine vſquã adhibuit. Hic de eorum faciendorum ratione quidquam præcipere, ne actũ agamus, minimè aggrediemur. Satis enim de ijs præceperunt primùm Auſonius, tum Iulius Roſcius Hortinus, deinde verò Antonius Poſſeuinus: ſed tantum quædam ingenioſius excogitata, indicanda ducimus. neque legitima vnius litteræ interdum vel mutatio, vel omiſſio, vel diuiſio te offendet. Itaque pag. 112. ingenioſè Alphonſi Eſtenſis nomen ponitur: *Cuncta mihi Alphonſe folijs ornatus oliuæ.* qui quidem verſus ex ijs duobus Virgilij Ge. 3. *Cuncta mihi Alpheum linquens, lucoſque Molorchi.* & paulo inferius: *Ipſe caput tonſę folijs ornatus oliuæ.* Pag. 116. eodem artificio Aloyſij Eſtenſis nomen ſic elicitur; *Nec plura Alluiſi ante oculos aſtare iacentis*: ex Ae. 7. *Nec plura alludens, ea vox audita laborum*: & ex Ae. 3. *Extuleram, viſi ante oculos aſtare iacentis.* Pag. 135. Mutinæ nomen ſic educitur: *Et Mutina inſignis fama, & felicibus armis*: ex Ec. 8. *Et mutata ſuos requierunt flumina curſus*: & ex Ae. 7. *Vfens inſignis fama, & felicibus*

cibus armis. Pag.138. vbi B.Mariæ Virginis Lauretanæ nomen ponitur:*O decus Italiæ, Virgo Maria, omnia cælo:* eductum est ex Ae.11. *O decus Italiæ, Virgo, quas dicere grates:* & ex Ae.5. *Quam molem subitò excierit, maria omnia cælo*. Pag.147. vbi Adam legitur; *Atque Adã exemit labem, purumque reliquit:* desumptum est ex Ae.12. *Atque cadum campis victor dat funera Turnus:* & ex Ae.6. *Concretam exemit labem, purumque reliquit*. Pag.156. vbi D.Thomas describitur: *Tertius ille hominum, diuumque interpres, Aquino:* Aquini nomẽ conficitur ex illo Ae.10. *Tertius ille hominum, diuumque interpres Asylas:* & ex Ae.9. *Non tulit Ascanius, neruoque obuersus equino*. Pag.218. *Primaq; Ferrati magno cum murmure Montis:* nomẽ Montisferrati colligitur ex illo Ge.3. *Primaq; ferratis præfigunt ora capistris:* & ex illo Ae.1. *Illi indignantes magno cum murmure montis*. Pag.219. nomẽ Pauli V. Pont.max. *Paule meæ vires, mea magna potentia solus;* bellè eruitur ex illo Ae.11. *Paulatim exoluit se corpore, lentaque collo;* & ex Ae.1. *Nate meæ vires, mea magna potentia solus*. Pag.114. vbi mentio fit Alphonsi Estensis, artificiosè dicitur, *Hic vir, hic est, tibi quem promitto sæpius, hic Est Ensis erit,* &c. Pag.139. *Ipsa domum serua (mihi iussa capessere fas) Est Ensem,* &c. Vt autem magis hoc agnoscas artificium; sunt in hoc opere quamplurimæ, eæque pulcherrimæ descriptiones, de quibus dicere quidquam supersedebimus; ne, dũ aliqua laudamus, reliqua ad conglutinandas sententias necessaria, & opportunissimo loco disposita in contemptum adducere, vel obscurare velle videamur. inter legendum tibi cum voluptate occurrent. inter ceteras autem pag.22. mirè describuntur præcepta Christianorum: Pag.23. casus primorum parentum; pag.28. dies Parasceues; & paulò inferius Diabolus: pag.45. sacrum à D. Raimundo celebratum; pag.53. meretricula: pag.58. dies natalis Christi; & paulò inferius Epiphaniæ; inde Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentũ; pag.76. D.Nicolaus Myreæ Episcopus: pag.137. regio, & templum B. Virginis Lauretanæ: pag.140. varia dona B.Virginis Lauretanæ, & a quibus: pag.142. dies xiij. Augusti: pag.156. S. Thomas Aquinas, pag.158. Paulus V.Pont.max. pag.181. bombarda, pag.191. vani Iuuenum mores: pag.144. Pius iv. pag.201. Perusia, & Patauium, pag.203. Sixtus V. eadem, Ancona. pag.206. Clemens

mens VIII pag.209.dies Purificationis B.V. pag.234. Placentia, pag.236.dies quartus Septembris, pag.243. dies vigesimus octauus Aprilis;pag.248.liber de triplici Philosophia ab Octauio Farnesio propugnatus. Quæ omnia vel à Virgilio fuisse vnquam somniata;vel ex eius scriptis elici potuisse ab vllo putabis? aut à Patre Spadio diuinitùs collecta, legens, non obstupesces? Sed iam, Lector optime, Vale, & lege.

Approbatio operis.

EGO F. Iacobus Rhodiginus ord. præd. Sacræ Theologiæ Magiſter, ex commiſsione A. R. Definitorij noſtri Prouincialis Capituli nuper celebrati in Conuentu S. Dominici Mantuæ, omnes has compoſitiones à R. P. Sacræ Theologiæ Lectore, F. Io. Baptiſta Spadio à Florentiola ex Virgilij carminibus ingenioſiſsimè collectas, diligẽter legi, & nihil in ipſis reperi, quod vel ſanæ fidei, vel bonis moribus aduerſetur, ſed digniſſimas eſſe cẽſeo, quæ typis mãdentur. In quorum fidem his manu propria ſubſcripſi. Dat. Mediolani die 22. Maij. 1613.

Ita eſt F. Iacobus Rhodiginus, qui ſupra manu propria.

1613. Die prima Septembris.

Suppoſita præſcripta atteſtatione A. R. P. Magiſtri F. Iacobi Rhodigini concedo, vt imprimi poſſint.

F. Alexander Inquiſitor Placentiæ.

V. Rainerius Prouicarius Epiſcopalis.

ERRATA CORRECTA.

Pag. 43 in *scholijs Virgine*, lege, *Virginis.*	125 *versu 19 vestitat*, lege, *vestibat.*
44 *versu 26. Annus*, lege, *Annuus.*	126 *versu 34 moneo*, lege, *moueo.*
50 *in sch Saracena*, lege, *Saracenos.*	144 *versu 30 presto*, lege, *presso.*
56 *versu 34 Quòd*, lege, *Quò.*	153 *versu 3 moeri*, lege, *Moeri.*
58 *versu 3 stupescet*, lege, *stupet.*	182 *versu 21 ather*, lege, *ather.*
59 *versu 24 desixit*, lege, *defixi.*	184. *in sch. senunda*, lege, *secunda.*
78 *in sch. Eucharistia*, lege, *Eucharistiam*	235 *versu 20 succurrere*, lege, *succurre*
114 *in sch. rannum*, lege, *Tyrannum.*	